

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν Ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε, τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον. Callim. fragm.



Πρῶτος ἐπεὶ τὸν Ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε, τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον. Callim. fragm.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ ΤΥΡΑΝΝΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.


PHALARIDIS

AGRIGENTINORUM TYRANNI

EPISTOLÆ.

Ex MSS Recenſuit,
VERSIONE, ANNOTATIONIBUS,
& VITA inſuper AUTHORIS Donavit

CAR. BOYLE ex *Æde Chriſti.*



Εκ ΘΕΑΤΡΟΥ ἐν ΟΞΟΝΙΑ,
Ετει ,αχϟε.
Excudebat JOHANNES CROOKE.

REVERENDO VIRO
Henrico Aldrich
S. T. P.
ÆDIS CHRISTI DECANO
ET ACADEMIÆ
OXONIENSIS
VICECANCELLARIO
DIGNISSIMO.

OPus, Reverende Vir, tuo hortatu ſuſceptum, tua ope adjutum æquus jam accipe, ſi non pro tua expectatione, pro meis tamen viribus abſolutum. Ita enim tota ſtudiorum meorum ratio ad Te, qui iis omnibus vitam dediſti, referri debet; ita quamcunque ego operam in re

literaria posuerim proprio quodam jure vendicas, ut nihil tibi de meo dicare possim, quod plane non sit Tuum. Me tutelæ tuæ commissum amore statim complexus es, & tua in me custodis pariter atque amici officia benigne percepi, citius quam quanta essent potui satis explorare. Mihi autem beneficiis tuis quam plurimis ornato jam diu gratum atque jucundum fuit, non tam quod ipsa beneficia, quam quod a Te receperim; quem boni omnes mecum una amant & colunt. Neque enim Te jam meo solius, sed meorum æqualium sociorumque, quibus Te propiorem indulges, communi nomine salutatum putes. Quantum eruditioni tuæ studia nostra, quantum prudentiæ mores debent, sentimus omnes & uno ore


lætis

læti profitemur. Nimirum ita nos tua illa humanitate ad virtutem trahis; ita quicquid in literis aſperum & incultum teneris ingeniis impedimento eſt, perſpicuum reddis & venuſtum; ut iis, qui ſub tuo vivunt imperio, nihil aliud ſit agendum, ſi eruditi eſſe velint, niſi ut quod Tu ſcribis, legant; ſi probi, nihil aliud niſi ut quod agis, imitentur. Mihi quidem, Præſes Venerande, & facile eſſet & gratum tua in nos merita ulterius proſequi, ſi Tu libenter audires: ſed meæ voluptati tempero; cum certo ſciam tibi non tam placere bene merendi præconia, quam ipſum bene mereri.

Tibi omni cultu

Devinctiſſimus

CAR. BOYLE.



Lectori S.

EPISTOLAS has in manus sumenti non tam utile erit inquirere quis scripserit, quàm jucundum experiri lectu dignas. De Authore doctorum inter se discrepantium sententiæ frustrà fortasse consulendæ; de operis dignitate teipsum majori cum fructu consules. Ne tamen curiosis desim, quanquam non tanti est controversia ut pro alterutrâ parte acriter dimicandum sit, quid mihi utrinque verisimile videatur paucis aperiam.

Phalaridis esse contendunt Viri docti [1] Thomas Fazellus, [2] Jacobus Capellus, *& magnum hujusce gentis ac sæculi decus* [3] Gulielmus Temple Bar. *quocum sanè dum cogitandi vim liberam & solutam, dicendi audaciam; affectuum pro diversâ rerum facie vehementiam, & varietatem; effusam in amicos benevolentiam, acerbum in hostes odium; piam erga literatos reverentiam, sinceram adversus probos amcitiam admiror: quum videam quod sit Viri de vivendi ratione ac viâ, de morte contemnendâ judicium; quæ ingenii ferocia, quanta exercendæ vindictæ solertia; magnificum quiddam ac Regium animo obversatur, & pæne cogor loquentem agnoscere Tyrannum. A quo enim Rhetore pingenda erat tanta animi magnitudo? quâ arte imitabilis? quis unquam Scriptor personatus accuratè adeo Tyranni ingenium expressit, ut non simul proderet suum? ut non latentem sub Rege Sophistam facile deprehenderes?*

Luciano tamen adjudicant [4] Angelus Politianus,

(1) Rerum Sic. Dec. 1. lib. 6. cap. 1. (2) Histor. Sacra & Exotic. (3) In Miscell. de Erudit. Vet. & Nov. (4) Epist. 1.

[5] Lilius

[5] Lilius Giraldus, [6] Bourdelotius; *qui cum nullam dignentur ſententiæ ſuæ rationem apponere, cur ita ſenſerint non intelligo; niſi forte ob duas Luciani declamationes, quas Phalaridas vocat, quæque, ut mihi videtur, nihil habent cum his Epiſtolis commune: diſpar eſt Phalaridis defenſio, diſſimile admodum orationis genus, diverſa etiam hiſtoria: in utriſque (quod obvium erat) famam ſibi malignam queritur, & neceſſitatis excuſatione utitur Tyrannus: verùm in illis crimen timidè fatetur, cautè diſſimulat, captat gratiam; in his audenter omnia & generoſè effatur, ita de famâ queritur ut eam ſimul contemnat, & ſibi ſe non aliis purgat. Illæ demiſſæ ſunt, lenes, perſpicuæ, æquabiles; hæ vividæ, incitatæ, obſcuræ, aſperæ. An vero, ſi idem utriſque Author extitiſſet, cùm in illis præcipuum eſſet argumentum Tauri Delphos miſſi legatio, in his nulla occurreret tam celebris legationis mentio? An ibi neminem præter Perilaum Tauro incluſum, & illum viventem adhuc atque ſpirantem educi; hìc & illum & alios triginta ſeptem in eadem machinâ confectos memoraret? An ibi demum Phalaris & Perilaus uterque Agrigentinus; hìc ille Cretenſis, alter Athenienſis audiret? Hæc faciunt, quo minùs Epiſtolas has Luciano tribuam; ſunt etiam cur dubitem an Phalaris jure vendicet ſuas.*

Neque enim facilè poterant literæ & à viro tam inſigni ſcriptæ, & in ſuo genere abſolutæ ultra mille annos ignotæ penitus latere: neque cùm Siculis ſcriptoribus placuerit ſemper dialectus Dorica, Agrigentinorum (qui antiquitus Dores erant) Tyrannus aliâ uti debuit. Stylus nihil habet Rege indignum, niſi quod in Antithetis ſit nimius, & interdum frigidior. Adverti etiam quòd ferant nonnunquam Epiſtolæ nomina (etſi id fortuitum eſſe poſſit) quæ ad earum materiem ficta videantur.

(5) De Poet. Dialog. 3. (6) Præfat. poſter. ad Lucian.

tur. Quod historiam spectat, quis tum fuerit Siciliæ, & rerumpubl. in illâ status, quæ bella gesta, quæ inita fœdera, temporis injuria incertum reddidit; & viri, ad quos scribit, plerique obscuri sunt præter Stesichorum, Pythagoram & Abarin, qui cum illius ætate bene congruunt, ita ut nullam hinc dubitandi ansam arripere possimus. Quod si vera refert Diodorus Siculus, Tauromenium, ad cujus cives hic author scribit, & conditam fuisse & eo nomine donatam post Naxum à Dionysio juniore dirutam; actum est de Phalaridis titulo, & ruit omnis malè sustentata conjecturis authoritas. Hæc ferè habui de Authore dicenda, quæ festinantiùs, quàm oportuerat, percurri; quibus tamen siquid Viri doctiores reclament, libens audio. Breviter jam, quid in hac Editione præstiterim, monebo te, Lector, & dimittam.

Codices Impressos quatuor præ manibus habui, qui eodem planè textu utuntur; apud quos Versiones sunt duæ, altera à Thoma Naogeorgo *Straubingensi, edita Ann.* 1557; *altera à quodam, ut videtur,* Jesuitâ, *in usum Schol. Soc. Jes.* 1614. *extat etiam versio* Franc. Aretini *inter Epistolas Miscellaneas à* Gilb. Cognato *collectas, cum Græcis, quantum scimus, nunquam impressa.* Jesuita *in dictione non inornatus est, sed laxus nimiùm & effusus; quo fit ut ab Authoris stylo semper alienus sit, sæpe etiam ita sensu dispar, ut non tam Phalaridis Epistolas interpretetur, quàm scribat suas; pressior est* Naogeorgus, *& accuratior interpres, sed parum elegans; utroque concinnior* Aretinus. *Sed cum in singulis esset quod minùs probarem, de novo Versionem institui ad Authoris verba, quantum Latinè fieri potuit, fidam; ubi vero textum (ut sæpe est) obscurum vidi & mendosum, id egi ut sensum si non genuinum, aliquem tamen exprimerem, quem apud alios inveni nullum. Epistolas ipsas cum duobus MSS* Bodleianis *è* Cantuariensi *&* Seldeni

deni *Musæo contuli, collatas etiam curavi usque ad Epist.* 40 *cum MS°* *in* Bibliothecâ Regiâ, *cujus mihi copiam ulteriorem Bibliothecarius pro singulari suâ humanitate negavit. Non quamcunque Manuscriptorum ab impressis variationem apposui (quod & prolixum esset & futile) sed quoties à communi Lectione discessi, quâ id authoritate fiat, in Annotationibus videbis. Libello huic è typis major, quam antehac, elegantia accessit, utinam & nostro labore par gratia.*

VITA

VITA

PHALARIDIS.

PHALARIS [1] Aſtypalæâ urbe Cretenſi ortus eſt, patre Leodamante; [2] quo ſimul & matre ſub primâ infantiâ orbatus eſt: quin priuſquam eſſet in lucem editus, [3] Mater ejus viſa eſt in ſomniis videre Deorum ſimulachra quæ ipſa domi conſecraverat; è quibus Mercurium è paterâ, quam manu dextrâ tenebat, ſanguinem fundere: qui, cùm terram attigiſſet, referveſcere videretur ſic ut tota domus ſanguine redundaret: hoc matris ſomnium filii crudelitas plurium teſtimonio comprobavit; imò elati animi, & futuræ Tyrannidis præmaturum Juvenis exhibuit indicium: quàm primùm enim adoleverat, ſe reipublicæ negotiis immiſcuit, & [4] affectavit imperium; ita ut facto in illum civium impetu [5] exul è patriâ fugeret. Ibi [6] Erythiâ uxore & Paurolâ filio relictis, Agrigentum contendit; apud cujus cives [7] ſingularem gratiam & honorem conſecutus eſt. Sed animum ad majora accendit ambitio, & parvi duxit populo placere, niſi poſſit etiam imperare. Quare cùm Agrigentini templum ædificare decreviſſent, Phalaris operi ſe præfuturum, ſi vellent, pollicitus eſt; quem, quòd publicanus eſſet, huic muneri idoneum judicarunt: acceptis itaque

(1) *Phal. Epiſt.* 4. (2) *Epiſt.* 49. (3) *Cic. de Divin. lib.* 1. (4) *Epiſt.* 95. (5) *Epiſt.* 49. (6) *Epiſt.* 69. (7) *Ariſtotel. Polit. lib.* 5. *cap.* 10. (8) *Polyæn. lib.* 5. 1.

 pecu-

pecuniis mercenarios conduxit, captivos coëmit, multamque lapidum, lignorum, & ferri materiam comparavit: jactis jam fundamentis eos qui lapides ex arce subduxerant indicanti præmium promisit; à populo interim, qui materiam per furtum subduci indignè ferebat, concessâ sibi muniendæ arcis potestate, captivos liberavit armavitq; bipennibus: hisce copiis cives adortus, plurimos interfecit, & Tyrannidem post Thesea [1] primus occupavit circa [2] Olymp. LII. Plura ejus stratagemata narrat Polyænus, quæ viri acumen testantur & solertiam; talemque illum ostendunt qualem se apud [3] Lucianum, & passim in his [4] Epistolis profitetur, ingenuis nempe artibus instructum, liberè educatum, atque administrandæ reipublicæ non imperitum: & sanè in principio Tyrannidis ita se vel moderatè, vel callidè gessit, ut illius imperiis Himerenses exercitum suum crederent; qui, ut verisimile est idem cum Agrigentinis fatum subiissent, nisi illos periculi sui opportunè monuisset [5] Stesichorus. At sicuti privatus duræ adolescentiæ initio usus est, ita Tyrannus vitam egit molestiarum plenissimam; regnum enim malè partum, malè tutatus est, & imperii necessitate ad sævitiam coactus, plurimos adversus se insidiatores excitavit. Horum duos Melanippum & Charitona, quibus ob insignem animi fortitudinem pepercit, memorat [6] Ælianus; & hanc in illos Tyranni mansuetudinem tanquam inusitatum quiddam, & ab illius moribus alienum recenset. [7] Phalaridis enim præter cæteros nobilitata est crudelitas; adeo ut tritum illud & odiosum *Siculi Tyranni* nomen aut ab illo natum,

(1) *Plin. Nat. Hist. lib.* 7. *cap.* 56. (2) *Suid. & Scalig. ad Euseb. Chron.* (3) *Phalar.* 1. (4) *Epist.* 4. & 77. (5) *Aristotel. Rhetor. lib.* 2. *cap.* 21. (6) *Var. Hist. lib.* 2. (7) *Cic. Offic. lib.* 2.

aut

aut illi ferè proprium videatur: neque quiſquam eſt veterum Scriptorum qui illum, quoties occurrit, ſine crudelitatis & infamiæ notâ præterit. Sæpe illius meminit Cicero, nullibi ferè niſi adjecto Epitheto quo execrandam ejus immanitatem deteſtatur. [1] Jamblichus Deos impiè convitiis laceſſentem; [2] Plutarchus cives hoſpiteſque flagellis aliiſque ſuppliciis torquentem; [3] Athenæus coctos infantes, [4] Ariſtoteles & Andronicus Rhodius ſuos liberos comedentem deſcribunt. Jacta hæc in Tyrannum opprobria ab iis qui in liberâ republ. verſabantur, ut horrenda eſſet apud populum Tyrannidis imago, & qualis animos ambitioſos à regno capeſſendo deterreret. Verùm hujuſmodi fabulis locum dedit novum illud & inauditum tormenti genus à Perillo fabro Athenienſi inventum. [5] Effinxerat ille Taurum æneum, grandem ultra naturæ modum, & ſpecie pulcherrimum, qui recluſo latere cruciandos reos intra ſe reciperet, & ſuppoſito igne torreret, ita ut intus vociferantes non gemitum ſed mugitum emittere viderentur. Hoc inhumanæ artis opus author ad Phalarin tulit, magnam ſibi ingenii ſui mercedem pollicitus. Donum libenter accepit Tyrannus; ſed utcunque artificium probavit, dignum cenſuit artificem, qui in eo primus periret, eumque machinæ ſuæ, uti ipſe oſtenderat, includi ſtatim juſſit & cremari. Juſtam hanc Phalaridis de Perillo ſententiam omnes uno ore laudarunt; & ſi hìc conſtitiſſet, illud Ariſtidis nomen, quod à [6] Tzetze conſecutus eſt, poterat etiam ab aliis meruiſſe. [7] Sed in agro Geloo caſtellum habuit, ideo Ἔκνομον dictum

(1) *De vita Pyth. cap.* 32. (2) *In Parallel. cap.* 74. (3) *Deipnoſ. lib.* 9. *cap.* 12. (4) *Ethic. ad Nicomach. l.* 7. *c.* 5. (5) *Diodor. Sic. lib* 19. *Plin. Nat. Hiſt. lib.* 7. *cap.* 56. *Ovid. Triſt. lib.* 3. *Eleg.* 11. *Valer. Max. lib.* 9. *cap.* 2. *Phalar. Epiſt.* 122. (6) *Chil.* 5. 31. (7) *Diodor. Sic. lib.* 19.

quia in illo immane hoc lethi inſtrumentum repoſuerat, quod in tot mortalium exitium convertit. Taurum hunc ab Agrigentinis demerſum affirmat [1] Timæus, ſed Carthaginem fuiſſe tranſlatum [2] Polybius, & iterum deletâ Carthagine Agrigentinis à Scipione Africano reſtitutum [3] Cicero ſcribit; quem illi [4] ſtudioſiſſimè conſervârunt, uti & [5] alia (quantum ex Plinii verbis conjicio) Perilli opera, ut quicunque illa videat, oderit manus. [6] Lucianus denique ab ipſo Phalaride Delphos miſſum fingit, & illius Tyrannidem non indiſertâ oratione excuſat. Sed longè meliùs in hiſce Epiſtolis cauſam ſuam defendit Phalaris, è quibus ſanè ſi Viri ingenium æſtimes, non modò non fœdum & immanem, ſed nulli vel juſtitiæ, vel humanitatis laude ſecundum judicabis. Paſſim fatetur quàm fuerit in puniendo ſeverus, ſed dolet ſimul tam duram ſibi Tyrannidis ſortem contigiſſe, ut ipſe tutus eſſe non poſſit, niſi aliis fuerit moleſtus: inimicis ſuis pœnam ideo acerbiùs minatur, ut ipſi ſibi diligentiùs caveant; in amicos ita liberalis eſt & pœnè prodigus, ut quicquid in eos beneficii contulerit, ab iis in ſe collatum reputet: juſta eſt illius in improbos indignatio, quos non tanquam ſibi ſed humano generi inſidiantes plectit; eximia in bonos omnes benevolentia, quibus, ſibi licet parum faventibus, publicæ tamen ſalutis gratiâ æquus favet. Superbos debellare regium cenſuit, ſubjectis ſæpe parcere humanum; quòd ſi aliquando nequiſſimorum hominum vitia pœnis exceſſiſſe videatur, multò magis proborum merita præmiis ſuperavit. Mariti, Patris, Amici of-

(1) *Pindar. Schol. ad Pyth.* 1. *κωλ.* ιε'. (2) *Excerp. de Virtut. & Vit.* (3) *In Verr.* 6. (4) *Spanh. de præſt. Numiſm. Diſſert.* 1. *p.* 5. (5) *Nat. Hiſt. lib.* 31. *cap.* 8. (6) *Phalar.* 1.

ficia nemo teneriùs expressit, nemo præstitit fideliùs. Sapientes & literatos nimiâ prope reverentiâ coluit: universæ plebis convitia facilè sprevit unius Epicharmi testimonio fretus; non citiùs accepti à Phalaride beneficii obliviscitur Stesichorus, quàm illatæ sibi ab illo injuriæ Phalaris; Pythagoræ colloquio tantâ cum voluptate fruitur, & Abaridis amicitiam ita submissè flagitat, quasi se Tyrannum esse non meminerit. Est verò cur illius in eruditos gratiam vel inde suspicemur, quòd ab illis parem non receperit: à Stesichoro enim sæpe lacessitus est, Abaridi semper odio fuit, Pythagoræ demum, ut aiunt, hortatu interfectus est; quanquam vel quo mortis genere, vel quibus consiliis interierit apud Authores parum convenit. Hactenus ferè omnes cum Cicerone consentiunt, quòd in illum universa Agrigentinorum multitudo impetum fecerit: ita verò illius exitum describit [1] Tzetzes quasi in se suâ voce populum concitasset. Cum enim Accipitrem videret plurimas insequentem columbas, videte, inquit, quid faciat ignobilis timor; si una earum, quæ fugit, avium restiterit, ea, quæ insequitur, fugeret: quo audito senex quidam lapide illum petiit, & deinde reliqua quæ adstitit multitudo; donec, ut quidam volunt, statim occideret; ut alii, vinclis detentus & plumbeo indutus vestimento, lentâ morte periret. Quòd si [2] Ovidio credamus, linguâ prius resectâ, in bove illo, ubi alios miserrimo cruciatu affecerat, ipse etiam miserrimè animam expiravit. [3] Valerius Maximus dicit Zenonem Eleatem eâ fiduciâ Agrigentum venisse, quasi Phalaridi, ut Tyranni feritatem deponeret, facilè possit persuaderi; verùm ubi hâc spe exciderat, & ipse, convo-

(1) *Chil. V.* 31. (2) *In Ibin.* (3) *Lib.* 3. *cap.* 3.

cato

cato in forum populo, misere plecteretur, ita civibus ignaviam & timiditatem exprobravit, ut subito mentis impulsu concitati Tyrannum lapidibus obruerent. Fefellit credo Valerium non absimilis de Zenone & Nearcho Tyranno historia, cujus meminit [1] Diogenes Laertius; nam Zeno, licet inter antiquiores Philosophos numeretur, ad Phalaridis ætatem non accedit. Verisimiliùs narrat [2] Jamblichus Phalarin Pythagoræ consiliis, eodem die quo illi & Abaridi mortem destinasset, insidiis petitum occidisse: & huic sententiæ fidem facit, quòd Pythagoras (uti affirmat accuratissimus de illo scriptor [3] Hermippus) Agrigentinorum copiis contra Syracusanos præfuerit; quod fieri non potuit, nisi Phalaride priùs deturbato. Exercuit verò Tyrannidem Phalaris juxta Eusebium ann. XXVIII, ut alii colligunt XVI. [4] Eo sublato, & mutatâ urbis fortunâ, Agrigentini nequis gereret cærulei coloris vestem (qualem gesserant illius satellites) lege vetuerunt; ut nulla, quæ oculos offenderet, Tyrannidis species superesset.

(1) *Lib.* 9. (2) *De vitâ Pythag. cap.* 32. (3) *Diog. Laert. lib.* 8. (4) *Plutarch. in Polit.*

ΦΑΛΑΡΙ-

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ ΤΥΡΑΝΝΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS

AGRIGENTINORUM TYRANNI

EPISTOLÆ.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

α΄. Φάλαρις Ἀλκιβόῳ.

ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΣ ὁ Μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς παρὰ τοῖς πολίταις προδοσίαν, ἰάσατό μου νόσον ἀνήκεστον. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, λύπας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα. σὲ δὲ οὐκ ἂν οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν. σώματος μὲν γὰρ ἀῤῥωστίαν, θεραπεύει τέχνη· ψυχῆς δὲ νόσον, ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος, ὃν ἀνεπαχθέστατον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων, ὧν ἐμοὶ προτρέπεις, ἀλλ᾽ ἑκουσίων, ὧν αὐτὸς εἴργασαι, προσδέχου.

β΄. Μεγα-

PHALARIDIS
EPISTOLÆ.

1. *Phalaris Alciboo.*

Vide Epist. 21. & 70.

POLYCLETUS Messanensis, quem tu apud cives de proditione criminaris, morbum meum gravissimum removit. At non sum nescius tam faustum nuncium dolorem tibi & lachrymas allaturum. Te vero ne ipse quidem artis princeps Æsculapius cum Diis omnibus sanare possit. Ægram enim corporis valetudinem restituit medicina, animi autem morbum medica sanat mors: Quam quidem nulli gravem, propter multa magnaque scelera, non invita (ad quæ me hortaris) sed à te ultrò admissa, *mortem, inquam,* expecta.

2. *Mega-*

β΄. Μεγαρεῦσιν.

Οὐ μέμφομαι τὴν ἀχαριστίαν ὑμῶν πολλάκις εὐεργετημένων, ὅτι μου κρινομένου περὶ τῶν ὅρων πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας κατεψευδομαρτυρήκατε· κατηγορῶ δὲ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας, ὅτι προπηλακιζόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις, οὐ σωφρονίζομαι. ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐδέποτε χάριτος ἐμοὶ μνημονεύετε· ἐγὼ δὲ, ὡς μηδέποτε ἐπιλελησμένοις χαρίζομαι.

γ΄. Τυρσηνῷ.

Εἰ τοὺς μετ' ἀνάγκης τι πράξαντας τῶν μὴ νομίμων, χαλεπὰς ἔχειν δεῖ περὶ τοῦ μέλλοντος προσδοκίας, ὡς ὑπέφαινες Αἰγεσταίοις, εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ, τίνας ἐκείνων ἐλπίδας ἔχειν σὲ περὶ σεαυτοῦ, τὸν μὴ μετ' ἀνάγκης, μηδὲν ὧν παρηνόμηκας, μετὰ γνώμης δὲ ἅπαν ἠσεβηκότα;

δ΄. Λυ-

2. *Megarenſibus.*

NON exprobro vobis ingratitudinem, quod multis meis beneficiis ornati, quando mihi cum vicinis urbibus intercederet de finibus controverſia, falſum contra me dixeritis teſtimonium. Sed meipſum tarditatis condemno, qui ab iiſdem ſæpe laceſſitus nondum ſapiam. Vos enim gratiæ nunquam meminiſtis, ego quaſi nunquā oblitos beneficiis cumulo.

3. *Tyrſeno.*

SI eos, qui ex neceſſitate aliqua legem violarunt, abjectam de futuro ſpem habere deceat, quemadmodum Ægeſtenſibus demonſtraſti, ubi omnia ad Dei providentiam referres quæ mihi contigerunt; quaſnam de teipſo ſpes concipere oportet, qui nullum unquam ſcelus neceſſitate coactus, ſed omnia conſultò prorsùs ſuſcepiſti?

4. *Ly-*

δ'. Λυκίνῳ.

ΟΥΚ ὀρθῶς ἠρώτησας ἐν Λεοντίνοις, ὡς παρόντα με καὶ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαί σοι, τίς εἰμὶ, καὶ τίνων, καὶ πόθεν. ἐγὼ γὰρ ὡς ἐμαυτὸν οἶδα Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱὸν, Ἀστυπαλαιέα τὸ γένος, πατρίδος ἀπεστερημένον, τύραννον Ἀκραγαντίνων, ἔμπειρον πολλῶν, ἀπτῶτα μέχρι τοῦ παρόντος· οὕτως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν ἐν παισὶ, λάγνον δὲ ἐν νέοις, μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξὶν, ἀκόλαστον δὲ ἐν νόμοις, ἀσελγῆ δ' ἐν ἡδοναῖς, ἀργὸν δ' ἐν εἰρήνῃ, λειποτάκτην δὲ ἐν πολέμοις, δώσοντά μοι καὶ τῶν δημηγοριῶν, καὶ τούτων ὧν ἐλέγχω σε δίκην, ἐὰν μὴ θᾶττον ἁλῷς, [ἀλλ' οὖν] ὅταν ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι, βουλόμενοι τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι πολέμου.

ε'. Λεοντίνοις.

ΕΙ καταλῦσαί με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον, μηδὲν αἰδεσθέντες, ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα τὴν ὀργὴν

ἅπαξ

4. *Lycino.*

NON benè id interrogaſti apud Leontinos (quaſi præſens eſſem, tibique poſſem reſpondere) quis, à quibus, & cujas eſſem. Ego enim ſicuti me novi Phalarin eſſe, Leodamantis filium, genere Aſtypalæenſem, patria ejectum, Agrigentinorum Tyrannum, multa expertum, & huc uſque conſtantem atque inconcuſſum; ita Lycinum ſcio cum pueris ſcortatorem eſſe, cum juvenibus laſcivum, cum mulieribus mœchum, quoad leges effrænem, in voluptatibus intemperantem, in pace ignavum, in bello deſertorem, pœnas mihi daturum & concionum tuarum, & quorum te nunc arguo; tunc ſaltem, ſi non antè fueris deprehenſus, cum Leontini, bellum contra me ſuſceptum quavis mercede depoſituri, mihi te in manus tradiderint.

5. *Leontinis.*

SI me tandem bello abſtinere cupiatis, nihil veriti, continuò mihi tradite Lycinum, ut ubi

 omnem

ἅπαξ εἰς τοῦτον ἀφεὶς, παύσωμαι οὖ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ· δεήσομαι δὲ οὐδὲν αὐτῷ χαλεπώτερον, ἢ πάντας ὑμᾶς ἐπίσταμαι βουλομένους.

ϛ'. Ζευξίππῳ.

ΤΩ μὲν υἱῷ σου διὰ τὴν νεότητα συγγινώσκω, σοὶ δὲ διὰ τὸ γῆρας, καίπερ ἀσύγγνωστα πεποιηκόσιν. ἂν μέν τοι μὴ παύσησθε τῆς αὐθαδείας, οὔτε ἐκεῖνον ἡ νεότης, οὔτε σὲ τὸ γῆρας ἐξαιρήσεται. δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ μᾶλλον κολασθήσεσθε, δι' ἃ νῦν συγγνώμης ἀξιοῦσθε.

ζ'. Εὐήνῳ.

ΓΝώμης γινόμενος τὸ πρῶτον, ἁλόντα αἰχμάλωτον ἀποκτεῖναί σου τὸν υἱὸν, ἀνθ' ὧν ἠδίκηκέ μου τοὺς ναυάρχους, μετέγνων ὕστερον, καὶ σέσωκα. μᾶλλον γὰρ βούλομαι διὰ τῆς ἐκείνου ζωῆς σὲ λυπεῖν, ἢ διὰ τῆς ἀναιρέσεως τὸν ἀποθανόντα. ἔῤῥωσο.

η'. Σα-

omnem in hunc iram effuderim, civitati ſuccenſere deſinam. Nihil autem in eum crudelius ſtatuam, quam quod vobis etiam omnibus gratum fore intelligo.

6. *Zeuxippo.*

FIlio tuo propter adoleſcentiam, tibi propter ſenectutem ignoſco: licet ea feceritis, quæ minimè ſunt ignoſcenda. Niſi vero iſtam ponatis contumaciam, neque illum adoleſcentia, neque te tuebitur ſenectus. Sed mihi potiori jure dabitis pœnam, etiam ob ea ipſa quorum gratia veniam nunc eſtis conſecuti.

7. *Eveno.*

FIlio tuo, quem apud me captivum interficere decreveram, ob injuriam meis navium præfectis illatam, mutato poſtea conſilio, vitam dedi. Malo enim te illius vitâ, quam ſuâ illum morte cruciari. Vale.

8. *Sa-*

η'. Σαμέᾳ.

Εἰδώς σου τὴν χρηστότητα τοῦ τρόπου, καὶ τὴν ὑπερφυῆ πρὸς ἅπαντας φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι τὰς τῶν πλησίον εὐτυχίας ἡμέρως καὶ συμπαθῶς ἰδίας ἀλγηδόνας καὶ συμφορὰς ἡγῇ, γέγραφά σοι συντόμως, ὅτι καὶ τὴν δίκην, καὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὴν παράταξιν, καὶ τὸ τελευταῖον, τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα νενικήκαμεν· ἵνα ἀκούσας ὡς προσήκει καλῷ κἀγαθῷ στένῃς ἀδιαλείπτως· λαμβάνων παρὰ τῆς σεαυτοῦ φύσεως τὰς ἀξίας καὶ πρεπούσας τοσαύτῃ κακοηθείᾳ βασάνους.

θ'. Κλεοστράτῳ.

Πάνυ μοι δοκεῖ μετὰ γέλωτος ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ σωφρονίζεσθαί τινας ὑπὸ σοῦ. τὸν γὰρ ἄλλοις ἐπιτιμᾶν ἐπιβαλλόμενον, αὐτὸν ἀπηλλάχθαι χρὴ πάσης πονηρίας. σὺ δὲ ταῖς τῶν ὑπὸ σοῦ νουθετουμένων κακίαις ἔνοχος ὤν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις, ὡς ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν, οὕτω νουθετεῖς.

ι'. Λα-

8. *Sameæ.*

CUm tuorum mihi morum probitas, & incredibilis erga omnes humanitas explorata ſit, cumque te ita comparatum intelligam, ut vicini commoda æquo & conſentiente animo in damno ponas; breviter tibi ſcripſi, me in causâ judiciali, in terreſtri navalique prælio, in equeſtri denique certamine victoriam reportaſſe; ut cum hæc audiveris, uti probum virum decet, indeſinenter lugeas, ex ipsâ tuâ indole percepturus digna tam perverſis moribus tormenta.

9. *Cleoſtrato.*

MIhi cum admirabile, tum ridiculum prorſus videtur, à te quenquam reprehendi. Eum enim qui ſe aliorum fert cenſorem, omninò ſceleris expertem eſſe decet. Tu vero quum & iiſdem vitiis, quibus illi quos objurgas, & omnibus aliis tenearis, aliena tamen crimina reprehendis, quaſi redargui non poſſis.

10. *La-*

ι′. Λακρίτῳ.

Ἀχθομένῳ μὲν σοι βαρέως ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς τελευτῇ, πᾶσα συγγνώμη. κἀγὼ δὲ σφόδρα συμπαθῶν, ὡς εἰς τῶν οἰκείων τὸ συμβεβηκὸς ἡγούμενος, μεῖζον ἄχθομαι. καί τοι στερροτέρᾳ φύσει πρὸς τὰ τοιαῦτα χρώμενος, ἀλλὰ τὸ μηδὲν ὄφελος ὁρᾷν μηδὲ τοῖς ἀμέτρως ἀνιωμένοις. παραμυθία δὲ ἔστω σοι μεγάλη τῆς ἐπ' αὐτῷ συμφορᾶς· πρῶτον μὲν, ὅτι ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενος ἐν πολέμῳ, σὺν ἀριστείᾳ τέθνηκεν· εἶθ' ὅτι νικῶν, καλλίστου τέλους ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἠξίωται· τὸ δὲ τελευταῖον, ὅτι μηδὲν ἁμαρτὼν παρὰ τὸν βίον, ὑπεσφράγισται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν θανάτῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ ζῆν ἀγαθὸς, ἄδηλον, εἰ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ χεῖρον. αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων τὸ πλεῖστον, οὐχ αἱ γνῶμαι κρατοῦσιν. ὁ δὲ τελευτήσας ἀκατηγόρητος, ἐν τῷ καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος,

10. *Lacrito.*

Tibi ob filii mortem graviter dolenti omnino ignoſcendum eſt. Ego enim, quaſi ad meorum aliquem caſus pertineret, vehementius doleo; firmiori quamtumvis animo in hujuſmodi eventibus, quod ſupra modum mœrentes nihil videam proficere. Maximum autem tibi ſit doloris levamen, primùm quidem, quod pro patriâ pugnans in bello cum dignitate ceciderit; deindè, quod victoriam adeptus à fatis pulcherrimo cohoneſtatus ſit exitu; poſtremò, quod in vitâ nunquam per errorem lapſus, morte quaſi obſignaverit virtutem. Quippe periculum eſt, ne optimus, donec vivit, in pejus mutetur. Fortuna enim plerumque, non conſilium hominibus dominatur. Qui vero integer oppetiit, ſummâ honoris laude conſecratus diſceſſit. Illum itaque cenſeto à te genitum & educatum, quod ad extremum vir bonus permanſerit, dignas tibi grates perſolviſſe; illique contra hoc rependito,

δος, ὃ πράως καὶ εὐπαρηγορήτως, τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν.

ια'. Μεγακλεῖ.

Καὶ τοὺς ἵππους ἐκπέπομφά σοι, κεκοσμημένους ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰ χρήματα δοῦναι Τεύκρῳ προστέταχα. κἂν ἄλλου του δέῃ, μὴ κατόκνει γράφειν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἔσται μέγα τῶν αἰτημάτων, ὃ μὴ πάντως αἰτησαμένῳ χαριούμεθα.

ιβ'. Αγλαῷ.

Ἐκτεθησαυρίκαμεν τοῦ πλούτου, ὅσα παρέσχεν ὁ Θεός, εἰς μεταβολὰς τῆς τύχης, οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς, ὡς παρῄνεις, ἀλλ' εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. σὺ μὲν, οὐδ' εἰς τοῦτο πρόθυμον ἡμῖν σεαυτὸν ἐχαρίσω, τὸ κατά γε ὑμᾶς τοὺς φίλους, κἂν ἀποσφαλῶμεν τῆς ἀρχῆς, ἔχεσθαι τῶν ἐλπίδων. οὐ μήν· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γε λαβὼν ὡς παρακαταθήκην ἐμοὶ φυλαχθησομένην, φίλου τι ποίησον ἔργον, πιστὸν γὰρ οὐδὲν ἡγησόμεθα γῆς μέρος, παρελθόντες ὡς κόνεως ἀπιστοτέρους τοὺς ἐξ ὑμῶν τῶν ἑταίρων κρατίστους.

dito, ut vicem ejus lenitèr & moderatè doleas.

11. *Megacli.*

ET equos ad certamen paratos misi, & Teucro, ut nummos tibi suppeditaret, præcepi. Et si quid aliud tibi desit, scribere ne graveris. Tu quantumcunque potes petere, ego libenter sum daturus.

12. *Aglao.*

QUascunque divitias nobis donavit Deus contra fortunæ vices reposuimus, non in terræ gremio (quemadmodum tu hortatus es) sed apud amicos dona nostra recipere volentes. Quin te non ita alacrem nobis impertis, ut imperio exutis apud vos tamen spes aliqua superesse videatur. Quod si antea nolueris, nunc demum quasi præstandæ olim amicitiæ pignus apud te finito deponi. Nusquam enim tutam esse fidem arbitrabimur, si necesse habeam præterire quasi pulvere leviores vos sociorum optimos:

κρατίστοις· ὧν εὐτυχούντων, κἂν αὐτὸς ἑτέρῳ συμπλακῶ δαίμονι, ἡσθεὶς οὐδὲν ἧττον εὐτυχεῖν δόξω.

ιγ'. Ἡροδίκῳ.

Ἄλλος μὲν ἴσως κακῶς πεπονθότος, μηδὲν ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν δεδρακότα περὶ ἀμύνης, ἵν' ὡς ἥκιστα πρὸς αὐτὸν ὕποπτος ἁλῷ. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἀγεννοῦς ἀνδρὸς ἔργον ἡγοῦμαι, τὸ τὸν ἀγνοοῦντα χειρώσασθαι. προηδικημένος δ' ὑπὸ σοῦ, μηνύω σοι φυλάττεσθαι τὴν ἐπιοῦσαν ἐξ ἡμῶν ἄμυναν· ἵνα πρὸ τοῦ μὲν παθεῖν, ἡ προσδοκία κολάζῃ σε· μετὰ δὲ τὴν προσδοκίαν, αὐτὸ τὸ παθεῖν.

ιδ'. Εὐμήλῳ.

Οὔτε δοκοῦντος, οὔτε ὄντος ἀδίκου τὸν κατάρξαντα πλημμελεῖν, ἀμύνεσθαι· οὗ πρώτου γεγονότος ὑπὸ σοῦ, τὸ δεύτερον ἀφ' ἡμῶν ἔσεσθαι προσδέχου.

ιε'. Τεύκρῳ.

Ταυρομενίταις τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων, ἅπερ ἔλαβον, ἀπόδος, μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ Στη-

optimos; quibus fælicibus, etiamsi ipse in aliam inciderem fortunam, mihi etiam adhuc læto omnia prosperè evenire videbuntur.

13. *Herodico.*

ALius fortasse injuria affectus apud eum qui affecisset de ultione taceret, ut illum opprimeret quam minimè suspectus. Ego autem inopinantem adoriri degeneris esse existimo. A te itaque lacessitus, ut tibi impendentem à nobis vindictam effugias, moneo; ut ante pœnam expectatio, post expectationem, ipsa pœna te discruciet.

14. *Eumelo.*

NEque videtur, neque est injustum aggredientem ulcisci; tu cum unum feceris, alterum à nobis expecta.

15. *Teucro.*

Vide Epist. 31.

PRetia, quæ pro captivorum redemptione accepi, Tauromenitanis redde, non ut meo, sed ut Ste-

Στησιχόρου. ζῇ γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὴν τῶν ληψομένων εὐεργεσίαν, ὁ παρ' ἐμοῦ ταύτην ᾐτημένος. τέθνηκε μὲν τοί, ἡ περὶ τούτων αὐτοῦ χάρις, εἰς ἀμνήμονας ἀνθρώπους δεδομένη.

ιϛʹ. Αριφοίτῃ.

ΤΑ μὲν σά, καὶ τούτων ὧν πεπόμφαμεν, καὶ πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων ἀγαθῶν, ἄξια· τὰ δ' ἐμά, μὴ βούλου μαθεῖν. οὐδὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἔχομεν σιγῆς κρεῖττον.

ιζʹ. Αμφινόμῳ.

ΟΥ διδόναι χαρίζεσθαι οἴομαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὅθεν ἀξιῶ μὴ ὡς προδεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς προσοφείλοντά σοι, διὰ τὸ βουληθῆναί σε λαβεῖν ἃ ἐπέμψαμεν, γράφε. ἔρρωσο.

ιηʹ. Ερυθίᾳ.

ΚΑὶ περὶ μὲν ἐμαυτοῦ πλείστην οἶδά σοι χάριν, καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ παιδός, ὃν ἐπὶ σοὶ κατέλιπον,

Ερυθία.

Stesichori beneficio restituta. Vivit enim ille, qui hoc petiit, ut illis benefaciat; ipsa licet beneficia apud immemores collocata perierint.

16. *Ariphœtæ.*

TUa quidem facta & his, quæ misimus, & pluribus etiam melioribusque sunt digna. Mea autem ne scruteris, quibus nihil magis convenit quàm silentium.

17. *Amphinomo.*

NOn conferre me, sed accipere potiùs existimo, quæ in bonos colloco beneficia. Quare, cum ea quæ misimus non dedignatus fueris, me, non ut illum, qui prior dederit, sed qui insuper debeat, reputes. Vale.

18. *Erythiæ.*

CUm meipsius causâ, tum communis filii, quem apud te reliqui, maximam tibi habeo gratiam,

Ἐρυθίᾳ. περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, ὅτι φεύγοντός μου, χηρεύειν ὑπέμεινας μᾶλλον, ἢ γήμασθαί τινι, πλείστων ἀναγκαζόντων βουλομένων. περὶ δὲ τοῦ παιδὸς, ὅτι σὺ ἀμφότερα, καὶ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ τροφὸς, καὶ πατὴρ ἐγένου, οὔτε ἄνδρα ἕτερον ἀντὶ Φαλάριδος, οὔθ᾽ υἱὸν ἀντὶ Παυρόλα προτιμήσασα· ἀλλ᾽ ἀντὶ μὲν ἀνδρὸς δευτέρου, τὴν ἐπὶ τῷ πρώτῳ μονὴν ἑλομένη· ἀντὶ δὲ παιδὸς ἄλλου, τὸν ἐκ τοῦ πρώτου παρέντα σώζουσα. τελείωσον οὖν ἀνδρὶ, καὶ υἱῷ τὴν ἀπὸ σεαυτῆς αὐτοῦ δεδομένην χάριν, ἄχρις ἂν φρονήσας τὰ ἁρμόζοντα τοῖς χρόνοις, μήτε πατρὸς ἔτι, μήτε μητρὸς προσδέηται. λιπαρῶ δέ σε μετὰ τοσαύτης τῆς δεήσεως, οὐχ ὡς ἀπιστῶν μητρὶ περὶ τέκνου, καὶ ταῦτα τοιαύτῃ, ἀλλ᾽ ὡς πατὴρ ὑπὲρ ἑνὸς υἱοῦ φοβούμενος. δύναιο δ᾽ ἂν ἀπὸ τῶν ἑαυτῆς παθῶν, καὶ τὸ περὶ πατέρων ἐπὶ τέκνοις ἐνθυμηθεῖσα δέος, συγγνώμης ἀξιοῦν τὸν οὕτως ἐπιτέλλοντά με. ἔρρωσο.

ιθ΄. Παυρόλᾳ.

ΜΑλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας, ὦ παῖ, στέργειν σοὶ προσήκει, καὶ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι· τοῦτο γὰρ καὶ σεμνὸν,

Erythiæ. Mei, quoniam cum in exilio essem, vidua permanere, quàm nubere malueris, multis etiam te ambientibus. Filii vero, quod & mater illi, & nutrix, & pater fueris, neque alium quenquam virum Phalaridi, neque filium Paurolæ prætuleris: sed pro altero marito prioris desiderium elegeris, pro alio filio, à priore *viro* genitum servaveris. Beneficium itaque à te inchoatum eousque perficias, donec filius prudentiâ, quam secum maturior fert ætas, sic profecerit, ut neque patre amplius, neque matre indigeat. Hoc autem à te tam vehementer peto, non quasi de filio diffidens matri, præsertim tali, sed quasi pater de unico filio sollicitus. Poteris autem ex tuo affectu, patris pro filio curas facilè conjecturâ assequi, & mihi hunc in modum scribenti veniam dare. Vale.

19. *Paurolæ.*

UTrumque parentem amare, mi fili, & revereri quam maximè decet. Hoc enim filio honestum

σεμνὸν, καὶ ἄλλως εὐσεβὲς υἱῷ μεμνῆσθαι τῶν γεγεννηκότων, καὶ τοσαῦτ' εὐεργετησάντων χάριτος. ἐπεί τοι πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον, ἢ μητρός· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων, καὶ ὁμοίων τὰ πατρὸς ἂν εἴη δίκαια πρὸς τέκνων αὔξησιν, καὶ τὰ μητρός. ἀλλ' ἡ μὲν σοῦ τοῦ κυῆσαι, καὶ γεννῆσαι, καὶ τιθηνῆσαι, μυρίους ἄλλους ἀνέτλησε πόνους· ὁ δ' ἐκτραφέντος ὑπὸ τῆς τεκούσης, καὶ τελειωθέντος, ἀπολαύσεως μετέχειν ἀξιοῖ, δυσκόλου πειραθεὶς οὐδενός. ἰδιαίτερον δὲ τῶν ἄλλων ἡ σὴ μήτηρ, διὰ τὰς ἐμὰς φυγάς, περὶ τῆς σῆς κεκοπίακε τελειώσεως, τὰς ὑπὲρ ἀμφοῖν μόνη φροντίδας ὑποστᾶσα. ὥστε καὶ σοὶ τὰς εἰς ἑκατέρους τοὺς γονέας εὐχαριστίας, μιᾷ μητρὶ τῇ πάντα ποιησάσῃ ἀπόδος. πεπλήρωσεται γάρ σοι καὶ τὰ πρὸς τὸν πατέρα δίκαια, διὰ τῶν εἰς τὴν μητέρα φιλανθρώπων. οὐδὲν γὰρ ἀπαιτήσω πλέον εἰς ἐμαυτόν, ἂν εἰς ταύτην εὐσεβήσῃς· μᾶλλον δὲ καὶ προσειληφέναι παρὰ σοῦ πολὺ μέρος εὐεργεσίας ὁμολογήσω. πρέπει γάρ σοι μητρὶ χάριν περὶ πολλῶν ἀποδιδόντι, μεγάλης εὐεργεσίας ἀρχὴν κτήσασθαι πρὸς πατέρα.

κ'. Τῷ

honeſtum eſt, atque pium, ut eorum qui illum genuere, & tantis etiam affecere beneficiis, gratè meminerit. Velim nihilominus ut patris potiùs, quam matris ſis immemor. Neque enim ille in liberis educandis ſimilem, aut ullo modo æqualem cum illâ curam ſortitus eſt, quæ non modò infantem diu in utero gerit, in lucem edit, & nutricatur, ſed aliis propè infinitis laboribus exhauſta eſt, dum pater nihil moleſtiæ expertus filio à matre inſtituto, & jam adulto unà frui optat. Tua vero mater præ aliis ſingularem in te educando laborem perpeſſa, exulante me, utriuſque parentis curam ſuſtinuit. Quare gratiam utrique debitam illi uni referas, quæ ſola pertulit omnia;ita benevolentia in matrem officio, quod patri debetur, ſatisfaciat. Nihil ipſe poſtulabo, niſi ut in hanc benevolè te geras; imo abunde me accepiſſe à te gratiam confitebor: & tibi pulchrum erit dignam matri gratiam referendo, de patre etiam bene merendi initium ſumere.

κ΄. Τῷ αὐτῷ.

ΤΑ μὲν παρὰ πατρὸς εἰς υἱὸν ἔσχηκας δίκαια, Παυρόλα· τὰ δὲ ἐκ σοῦ πατρὶ δυνάμενος οὐκ ἀντιπαρέχων, ἁμαρτάνεις. πυνθάνομαι γάρ σε παιδείας (ὃ πολλάκις ἐμεμψάμην) οὐκ ἐπιμελεῖσθαι. ἄλλην δὲ χάριν οὐκ ἐπιζητῶ λαβεῖν παρὰ σοῦ, ταύτης ὑστερήσας. ἴσθι δὲ, ὅτι καὶ τὸ παιδείας συμφέρον, ἐὰν χαρίσασθαι βουληθῇς, οὐχ ὁ ληψόμενος τὴν χάριν, ἀλλ᾽ ὁ δώσων μᾶλλον καθέξει.

κα΄. Μεσσηνίοις.

ΠΟλύκλειτον (ὡς πυνθάνομαι) τὸν ἰατρὸν ὑμῶν μέμφεσθε, ὡς προδότην Ακραγαντίνων γεγονότα, ὅτι με κάμνοντα λαβὼν, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρπασε νόσου· καὶ τὸν ἔπαινον αὐτῷ τῆς δικαιοσύνης, κατηγορίαν ἀδικίας περιποιεῖσθε. καὶ τοῦθ᾽ ὁμολογοῦντες, οὐκ αἰσχύνεσθε. ἐγὼ δὲ θαυμάζω τῆς τέχνης αὐτῷ τὸν τρόπον μᾶλλον, ὅτι δὲ θνήσκοντά με πιστευθεὶς, οὐχ ὡς Τύραννον ἀνήρηκεν,

20. *Eidem.*

QUæcunque pater filio debet accepisti, Paurola. Quæ tu patri debes, dum non refers, & potes tamen, peccas. Audio enim te (quod jam sæpe reprehendi) eruditioni negligentius operam dare. Aliam à te gratiam peto nullam, si hanc non consequar. Scias autem, si mihi hac in re gratificari velis, hujusce literaturæ fructus, non ad eum, cui facta est gratia, sed ad eum, qui facit, perventuros.

21. *Messanensibus.*

Vide Epist. 70. & 1.

POlycletum medicum vestrum accusatis (ut audio) quasi proditorem Agrigentinorum, quod cum me ægrotantem occidere posset, è gravissimo eripuerit morbo; & quod illi in justitiæ laudem cedere debet, injustitiæ vitio vertitis; neque hoc confiteri vos pudet. Ego autem cùm hominis artem, tum magis ingenii probitatem admiror, quòd me moribundum sibi in manus traditum, non ut Tyrannum sustulerit,

ρηκεν, ἀλλ' ὡς νοσοῦντα πονήσας ἔσωσε. καὶ διὰ μὲν τὴν ὑμετέραν μέμψιν, οὐδ' ὁποῖον πέπονθε κακόν· διὰ δὲ τὴν ἐμὴν εὐχαριστίαν, ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν πεπλούτηκεν. οἶδα γοῦν, ὅτι διὰ τὴν δόσιν τῶν εὐχαριστηρίων, πάντες εὔχεσθε προδόται μᾶλλον Ἀκραγαντίνων, ἢ τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι.

κβ'. Ἀνδροκλεῖ.

Κἀγὼ μὲν ἐσπουδασμένως ἐπέσταλκα Στησιχόρῳ, μηδὲν ἄχθεσθαι περὶ τῆς διαβολῆς, ἣν κατ' αὐτοῦ πεποίηνται πρός με οἱ περὶ Εὔβουλον. καὶ σὺ δὲ δός μοι ταύτην τὴν χάριν, ἀνάδοχος αὐτοῦ γενόμενος, περὶ τοῦ μηδὲν ἐμὲ πονηρὸν κατ' αὐτοῦ πεπιστευκέναι. μᾶλλον γὰρ ἂν πεισθείην, ὡς τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτῶν, (ὅπερ ὡμολογήκασιν) ἢ ὡς διὰ τὰς ἐκείνου ποιήσεις, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἰδίας κακουργίας εἴησαν ἐπιβεβουλευκότες.

κγ'. Πυθα-

lerit, sed ut ægrotum suâ diligentiâ conservârit. Jam propter vestram accusationem nihil mali passus est; propter meam autem gratitudinem ita opibus abundat, ut ne primoribus quidem inter Sicilienses cedat. Et satis scio, cùm meam reputetis liberalitatem, vos omnes optare, ut Agrigentinorum proditores potiùs, quàm Tyrannicidæ Phalaridis audiatis.

22. *Androcli.*

Vide Epist. 147.

EGo ipse ad Stesichorum vehementiùs scripsi, ne omnino sollicitus esset de criminatione quam ad me cum Eubulo conjurati detulerunt. Tu autem nobis hanc concede gratiam, ut sponsor illi fias, me nihil mali de eo credidisse. Faciliùs enim mihi persuasum erit, nullas mihi insidias initio ab illis instructas esse, (quod tamen ipsi confessi sunt) quàm eos carminibus illius, ac non suâ potiùs malitiâ ad insidiandum fuisse adductos.

23. *Pytha-*

κγʹ. Πυθαγόρᾳ.

Ἡ Φαλάριδος τυραννὶς, τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας πλεῖστον ὅσον δοκεῖ κεχωρίσθαι. κωλύει δὲ ὅμως οὐδὲν, καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, συγγενομένους ἡμᾶς, τὴν ἀπ' ἐκείνης διάπειραν ἀλλήλων λαβεῖν. δύναιτο γὰρ ἂν καὶ τὰ πόρρωθεν διεστῶτα συναγαγεῖν ἐς ταὐτὸν ὁμιλία. ἐγὼ μὲν οὖν ἀκοῇ τὰ περὶ σοῦ πυνθανόμενος, ἄριστον ἄνδρα πέπεισμαί σε εἶναι. σὺ δὲ περὶ ἐμοῦ μὴ κρῖνε· ψευδὴς γάρ με δόξα λυπεῖ. οὐ μὴν ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς ἀφικέσθαι πρὸς σὲ, δι' ἣν κατηγοροῦμαι τυραννίδα. ἄνευ μὲν γὰρ ὅπλων καὶ δορυφόρων ἐρχόμενος, εὐεπιχείρητος ἔσομαι· μεθ' ὅπλων δὲ καὶ φρουρᾶς, ὕποπτος. σοὶ δὲ πᾶσα ἀσφάλεια κινδύνων ἀπηλλαγμένῳ, καὶ παραγενέσθαι πρός με καὶ μεθ' ἡσυχίας συμβιῶναι. λαμβάνων δέ μου διάπειραν, ἐὰν μὲν ὡς τύραννον ἐξετάζῃς, ἰδιώτην εὑρήσεις με μᾶλλον, ἢ τύραννον· ἐὰν δὲ ὡς ἰδιώτην, ἔχοντά τι διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ τυράννου. κρατεῖν γὰρ οὐχ οἷόν τε τοιαύτης ἀρχῆς,

23. Pythagoræ.

PHalaridis Tyrannis, & Pythagoræ Philoſophia immane quantum diſtant; nihil autem impedit, etiamſi hæc ita ſe habeant, quo minùs ſimul congreſſi alter alterius veros mores experiamur; conſuetudo enim etiam maximè disjuncta conciliat. Ego quantum de moribus tuis fando audivi, te bonum virum exiſtimo; Tu autem cave *ita* de me judicium facias, me enim mendax premit fama. Præterea mihi non tutum eſt ad te accedere, propter eam, cujus accuſor, Tyrannidem. Inſidiis enim, ſi abſque armis & ſatellitibus proficiſcar; ſin illis inſtructus ſim, ſuſpicioni ero obnoxius. Tibi vero ſine periculo facultas datur, & ad me tutò perveniendi, & mecum unà placidè vivendi. Mores meos exploraturus, ſi Tyrannum expectes, invenies potiùs privatum; ſi privatum, nonnihil etiam, quoad neceſſitas poſtulat, Tyranni deprehendes. Tale enim regere non poteſt imperium,

χῆς, ὠμότητι μὴ χρώμενον. εἰ δ' ἔστιν ἐν τυραννίδι χρη-
στότητος ἀκίνδυνον, διά τε τἄλλα, καὶ διὰ τοῦτό σοι ποθῶ
συγγενέσθαι. πείσομαι γάρ σοι τὴν ἡμερωτέραν ὁδὸν πορευ-
θῆναι, ἐὰν τὸ πιστὸν εἰς σωτηρίαν τῷ πειθησομένῳ, μετὰ τῶν
Πυθαγόρου λόγων ἡ ἀλήθεια προσβεβαιώσῃ.

κδʹ. Θώρακι.

ΠΟτερον ἐμαυτὸν ὡς ἀσαφῶς γράφοντα μέμψομαι,
ἢ σὲ ὡς ἑκουσίως μαθεῖν μὴ βουλόμενον αἰτιάσομαι,
ἀγνοῶ. δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκ λογισμῶν λε-
λοίπασιν. εἰ σαφέστερον ἐπιζητεῖς διδαχθῆναι, τοὺς ἄλλῳ
σε τρόπῳ διδάξοντας, ἢ σὺ μαθεῖν ἂν ἠθέλησας, ἐν τάχει
παρ' ἡμῶν προσδέχου. ἔρρωσο.

κεʹ. Λεοντιάδῃ.

ΟΥ νῦν, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη σοι γέγραφα, μηδεμίαν
ἄλλην εὐχαριστίαν, ἢ ταύτην ἡμῖν ἀποδιδόναι περὶ
τῆς γυναικὸς (εἰ ἄρα νομίζεις ὑφ' ἡμῶν εὖ πεπονθέναι διὰ τὸν γά-
μον)

rium, qui nullâ utitur ſævitiâ. Si quà autem tuta eſſe poſſit Imperanti clementia, uti propter alia, ita propter hoc præſertim, ut te conveniam, efflagito. Facilè enim mihi perſuadebis, ut humaniore inſiſtam viâ, ſi, ubi fidem tanquam ſalutari conſilio daturus ſim, ad confirmandam Pythagoræ ſententiam ipſa etiam veritas accedat.

24. *Thoraci.*

UTrum meipſum accuſem quòd obſcuriùs ſcribam, an te, quod de induſtriâ nolis intelligere, ignoro: ex rationibus enim duæ adhuc myriades apud te reſtant. Si clariùs erudiri cupias, eos qui alio te modo doceant, quàm doceri velis, à nobis brevi perventuros expecta. Vale.

25. *Leontiadi.*

TIbi non jam primùm, ſed ſæpe ſcripſi, non aliam nos à te expectare gratiam pro uxore (ſi quidem te à nobis beneficium accepiſſe putes ob nuptias)

μου) ἢ τὸ στέργειν ἐκείνην, δι' ἣν ἡμῖν οἴει δεῖν χάριτας ἀπονέμειν, ἐξ ἧς ἡ συνάφεια τοῦ πρὸς ἡμᾶς γένους, ἀρχὴν εἰληφέναι σοι φαίνεται. ἔρρωσο.

κϛʹ. Ἀριφράδει.

Αὐθάδεια, καὶ νεότητος ἀβουλία, πολλοὺς ἀνθρώπων ἀπώλεσεν. οἷς ἀμφοτέροις τοῖς πάθεσιν, ἴσθι σὺ τὸν υἱὸν κεχρημένον. ἀδικούμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ δι' ἃς προείρηκα αἰτίας, τὴν ἄμυναν ἐπέσχηκα, σοὶ βουλόμενος, οὐκ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι. μαρτυρῇ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀρίστην ἐπιείκειαν ἔχων παρὰ σεαυτῷ. διόπερ οὐκ ἐδοκίμαζον δι' υἱοῦ πονηρίαν, λυπεῖν γῆρας πατρὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. ἕνα γὰρ ἔχων παῖδα τοῦτον, εἰ καὶ πάντη φαῦλός ἐστι, δι' ἐρημίαν ἄλλου διαδόχου, στέργεις. κακίαν γὰρ υἱοῦ, πατρὸς εὔνοια νικᾷ· ἐὰν μέντοι μὴ παύσηται πλεονάζων, ἀπειθῇ δὲ καὶ τοῖς σοῖς παραγγέλμασι καὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις, μὴ ἀγνοήσῃς, ὅτι καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ σοῦ λήψομαι τὰς προσηκούσας παρ' αὐτοῦ δίκας. ἵνα δέ, ὅταν ἐπ' αὐτῷ γένηται τῷ κακῷ,

ptias) quàm ut illam ames, cujus causâ gratias nobis deberi existimas, utpote à quâ tecum nostri sanguinis conjunctio auspicata est. Vale.

26. Ariphradi.

INsolentia & juvenilis temeritas, quibus utrisque vitiis filium tuum abreptum scias, multis fuerunt exitio. Ob caussas, quas tibi dudum commemoravi, injurias ab illo passus à vindictâ paulum abstinui, ut tibi, non ut illi gratificarer: mihi enim multorum testimonio singularis tua æquitas constat. Quare nolui ob filii vitium patris minimè peccantis contristare senectutem. Nam filium hunc, quem unicum habes, etiamsi omnino malus quia tamen unicus sit, amas: nimirum eges successore; & filii malitiam patris superat mansuetudo. Si vero delinquere ultra pergat, & neque meis monitis neque tuis præceptis obtemperet, ne ignores, me & mei ipsius & tui gratiâ debitas ab illo pœnas exacturum. Ne autem cùm in hoc inciderit malum,

κακῷ, διατείνων ἐν οἷς ἐστι, μὴ περισποιηθῇ δοκεῖν ἠγνοηκέναι, τὰ ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένα πρὸς σὲ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον περὶ τῶν αὐτῶν ἐπέσταλκα. ἔρρωσο.

κζ'. Ἀντιμάχῳ.

ΕΙ μὲν ἔχων οὐκ ἀποδίδως τὸ δάνειον, ἑκὼν εἶ πονηρός· εἰ δ' οὐκ ἔχων, ἀδικεῖς μὲν, τὸ δὲ ἀκούσιον παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις συγγνώμης ἀξιοῦται. ἡ δὲ συγγνώμη, γίνωσκε, ὅτι μέλλησίς ἐστιν ἀπολήψεως, οὐ παντελὴς χρημάτων ἀπόγνωσις.

κη'. Ἀριστομένει.

ΜΗ συνάχθου μοι περὶ τῶν τραυμάτων, ὧν τέτρωμαι κατὰ τὸν πόλεμον. τὸ μὲν γὰρ εὔνουν καὶ συμπαθές σου ἄγαμαι· τοσοῦτον δ' ἀπέχω τοῦ βαρέως φέρειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, εἰ καὶ παρ' ὀλίγον ἦλθον ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν, ὥστε ἀπευκτοῦ τοῦ θανάτου ὄντος πᾶσιν ἀνθρώποις, εὐξαίμην ἂν καὶ τῆς εἱμαρμένης θᾶττον (εἰ καὶ πλείονα μοι χρόνον ἐπιτρέποι ζῆν) ἐν πολέμῳ τελευτῆσαι. τί γὰρ ἀνδρὶ γενναίῳ

malum, ſuam expendens conditionem, ignorantiam ſimulet, ea ipſa, quæ ad te jam ſcribo, etiam illi per literas indicavi. Vale.

27. *Antimacho.*

SI ſolvendo ſis, & debitum non reddis, ſponte iniquus es; ſi non ſis, nihilò minùs injuriam facis, etſi quod ab invito admiſſum eſt hominibus rem candidè æſtimantibus veniâ dignum videatur. Hoc verò ſcias, ejuſmodi veniâ pecuniæ ſolutio differtur, non de eâ deſperatur.

28. *Ariſtomeni.*

NE tibi doleat quòd ego vulnera in bello acceperim. Grata quidem mihi eſt benevolentia tua, & commiſeratio: Tantum autem abeſt ut illa moleſtè feram, etiamſi iis pœnè confectus fuerim, ut cum pleriſque mors deteſtabilis videatur, optarem ego, citiùs quàm deſtinata dies poſcit, (ſi fortè longiùs abſit) in bello perire. Quid enim viro forti

γενναίῳ μεῖζον ἀγαθὸν, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ νίκης ἀγωνιζομένῳ, ἀπερείσασθαι τὸν βίον;

κθ'. Ξενοπείθει.

ΟΥκ ἄχθομαι ταῖς διαβολαῖς, οὔτε ταῖς δόξαις ἃς ἔχουσιν ἐφ' ἡμῖν οἱ μὴ δικαίως κατηγοροῦντες. καὶ τοῦτο δι' οὐδὲν ἕτερον πέπονθα, ἢ διὰ τὸ γινώσκειν, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις φύσει κακοῖς, ἐμοὶ δὲ διὰ τὴν καὶ θεῶν πλεῖον ἰσχύουσαν ἀνάγκην τοιούτῳ γενέσθαι συνέβη. διαφέρει δὲ καθόσον, ὅτι ἐγὼ μὲν τύραννος ὢν, ἐξουσίαν διὰ τὴν ἀρχὴν ἔχων, ὁμολογῶ· ὑμεῖς δὲ ἰδιῶται γεγονότες, παρ' ὅσον δεδοίκατε νόμους, ὁμολογεῖν δέον ἀρνεῖσθε.

λ'. Καταναίοις.

ΑΧθέντας αἰχμαλώτους τῶν ὑμετέρων πολιτῶν τινὰς, οὐδεμίαν ἐκ τῶν μυρίων ἔχοντας ἐλπίδα σωθῆναι, διὰ τὸ μὴ σφόδρα ὑμῖν αὐτῶν ἀναιρεθέντων μέλειν, σέσωκα, οὐκ ἐπιλελησμένος τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας·

ἁπάντων

forti præclarius, quàm pro virtute & victoriâ certantem, animam projicere?

29. *Zenopithi.*

PArum me sollicitum habent calumniæ, aut eæ, quas de me iniqui censores fovent, opiniones. Neque hoc animo sum, nisi quòd alios naturâ pravos esse cognoscam, mihi autem hæc ex eâ, quæ Diis etiam potentior est, necessitate contigerint. Quin & hoc mihi vobisque intersit, ego, cum tyrannus sim, adeoque mei juris, *quicquid commisero* palam fateor, vos autem privati, legum metuentes, quod ingenuè fatendum erat negatis.

30. *Catanensibus.*

CAptivos quosdam è vestris civibus, qui spem minimam salutis conceperant, servavi, eò quòd vobis eorum cædem non admodum tristem fore intelligerem; nec tamen ita vestræ erga nos inimicitiæ oblitus:

omnium

ἁπάντων γὰρ ἂν εἴην ἐπιλησμονέστατος, εἰ τοῦ θυμοῦ μικροτέραν δίκην παρ᾽ ὑμῶν λαβεῖν καταφρονήσαιμι. ὅταν δὲ τὴν κατ᾽ ἀξίαν ὑπόσχητέ μοι, τόθ᾽ ὑμᾶς τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ὧν ἐδράσατε, κακῶν ἀναμνήσει.

λα᾽. Ταῖς Στησιχόρου θυγατράσι.

ΤΑυρομενῖται μὲν (ὑπὲρ ὧν γράφετε πρός με, ἐντολὴν ἔχειν λέγουσαι παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅτε μετήλλαττε τὸν βίον) οὐδεμιᾶς ἦσαν ἐπιτήδειοι τυχεῖν ἐπιεικείας. οὐδὲν γὰρ ὑπ᾽ ἐμοῦ πώποτε πλημμεληθέντες οὔτ᾽ ἔλαττον οὔτε μεῖζον, ἐξήνεγκαν ἀδίκως τὸν κατ᾽ ἐμοῦ πόλεμον. Στησίχορος δὲ οὐ μόνον ταύτης τῆς χάριτος ἄξιος ἐστὶ παρ᾽ ἐμοῦ τυχεῖν, ἣν αἰτεῖται δι᾽ ὑμῶν, τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων αὐτοῖς, ἅπερ εἰσεπραξάμην, ἀποδοθῆναι προστάξαι, ἀλλ᾽ εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον. καὶ γὰρ εἰ τεθνάναι δοκεῖ τισιν (ὅπερ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν εἴποι) ἐμοὶ γοῦν ὁ τοιοῦτος οὐ τέθνηκε. μὴ γὰρ τοσοῦτον ἰσχύσειε τὸ κατὰ Ταυρομενειτῶν

omnium enim hominum essem obliviosissimus, si vobis pœnas irâ meâ moderatiores destinarem. Cum dignas autem mihi lueritis, supplicii magnitudo, quanta perpetrastis mala, vobis in memoriam revocabit.

31. *Stesichori filiabus.*

Vide Epist. 15.

TAuromenitæ quidem (quorum gratiâ ad me scribitis, & patris jussu, antequam è vitâ cederet, vos hoc facere significatis) nullo erant digni humanitatis officio. Mihi enim, ne ullo quidem modo lacessiti, injustè bellum intulerunt. Stesichorus autem non solùm dignus est, qui hanc gratiam à nobis consequatur, quam per vos petit, ut pretia scilicet quæ ab iis pro captivorum redemptione exegi, reddi jubeam; sed etiam si quid supra meas propemodum vires postularet. Etiamsi enim quibusdam mortuus videatur (quod sanè nemo sapiens dixerit) mihi tamen ejusmodi vir non est mortuus; neque odium meum in Tauromenitas

μηνειτῶν μῖσος, ὥστε Στησίχορον αἰτησάμενόν τι μὴ λαβεῖν, ὧν Φάλαρις ἔχει τὴν ἐξουσίαν. πάντας μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὑπ᾽ ἐκείνου πρέπει νικᾶσθαι, περιττότερον δὲ πάντων ἐμὲ, τὸν ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων, ὧν ἐπειράθην, ἀνδρὸς ἐπιφανεστέραν ψυχὴν οὐκ ἰδόντα. διὸ τά τε χρήματα αὐτοῖς ἀποδοῦναι προστέταχα· καὶ τὴν χάριν ταύτην οὐ δεδωκέναι τῷ πατρὶ ὑμῶν (μὰ τοὺς θεοὺς) ἀλλ᾽ αὐτὸς παρ᾽ ἐκείνου μᾶλλον εἰληφέναι νομίζω.

λβʹ. Κριτοφήμῳ.

Ἀγαθοῦ μὲν ἔργον φίλου καὶ σὺ ποιεῖς, καὶ πάντες ὅσοι πλεῖόν τί μοι τοῦ μετρίου περὶ ἀνδρείας μαρτυρεῖτε, πεπεισμένοι ταῖς ἐμαῖς βουλαῖς ἢ πράξεσιν ἡττῆσθαι Λεοντίνους. ἐγὼ δὲ σαφῶς οἶδα τὴν μὲν ἀναγκαίαν ἄμυναν ὑπ᾽ ἐμοῦ πεπραγμένην, τὴν δὲ εὐκταιοτάτην νίκην ὑπὸ τῆς τύχης κατωρθωμένην. οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὦ φίλτατε, τῶν ἐν ἀνθρώποις, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον, ὃ μὴ ταῖς ἐκείνης ῥοπαῖς βεβαιοῦται.

λγʹ. Κτη-

menitas tantùm valere potest, ut Stesichorus quicquid in Phalaridis potestate fuerit non consequatur. Sicuti omnes ab illo vinci decet, ita me omnium potissimùm; qui ex innumeris quos novi hominibus illustriori animâ vidi neminem. Quare reddi illis pecuniam jussi, & me beneficium hoc (Deos testor) non in patrem vestrum contulisse, sed potiùs ab illo accepisse existimo.

32. *Critophemo.*

PRobi amici officium & tu facis, & quicunque Leontinos victos esse meis consiliis aut factis persuasi, fortitudinem meam supra modum prædicant. Ego vindictam me sumpsisse necessariam novi, optatissimam autem victoriam fortunæ esse ascribendam. Nihil enim humanum est, ô amicissime, neque tam grande, neque tam exiguum, quod illius momentis non stat.

33. Cte-

λγ′. Κτησίππῳ.

Οὔτε πρότερον, ὁπηνίκα Ταυρομενῖται ἀδίκως ἐξενήνεγκαν τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον, ἀπολυτρώσας τοὺς αἰχμαλώτους, ἐκείνοις ἐχαριζόμην· τῷ κοινῷ δὲ νόμῳ τῶν Ἑλλήνων, οὐκ ἠναντιώθην· οὔθ' ὕστερον ἀποδιδοὺς, ἃ τότε ἔλαβον, εὐεργετῶν τοὺς ἀποληψομένους, (ὅπερ ὀνειδίζεις) αὐτοῖς ἀπέδωκα, Στησιχόρῳ δὲ πρεσβευσαμένῳ διὰ τῶν θυγατέρων, περὶ αὐτῶν ἐπείσθην. Ταυρομενῖται μὲν οὖν καὶ τεθνηκότι Στησιχόρῳ χάριν εἰδέτωσαν ὧν ἔτυχον· Στησίχορος δὲ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις. ἐγὼ δὲ, περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνῳ χάριτας εἰδὼς, οὐδὲν περὶ τῆς πρεσβείας ἀμνημονήσω. γινώσκω γὰρ, ὅτι δι' αὐτῆς αἰτησάμενός τι παρ' ἐμοῦ, καὶ τυχὼν, Ταυρομενίτας μὲν εἰς χρήματα εὐηργέτησεν· ἐμὲ δὲ εἰς ἐπίδειξιν (ἧς ἔχειν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπιστοῦμαι) χρηστότητος.

λδ′. Πολυ-

33. *Ctesippo.*

Vide Epist. 15. & 31.

Neque anteà, cum Tauromenitis injustè mihi bellum inferentibus captivos dimisi, illis gratificatus sum, sed communi Græcorum legi obsecutus: Neque posteà cum quæ ceperam reddidi, illis gratum feci, (quod *mihi* exprobras) sed Stesichoro, qui eâ de re legationem mihi per filias misit, morem gessi. Tauromenitæ igitur mortuo etiam Stesichoro pro iis, quæ adepti sunt, gratiam referant, Stesichorus autem suis moribus. Ego vero cum magnam illi gratiam multimodis debeam, neque hujus oblivisсar legationis. Ex eo enim quod hoc à me impetraverit, scio illum Tauromenitas in augendis opibus, me autem, datâ hac benignitatis, (qua me homines minimè præditum esse credunt) demonstrandæ opportunitate, beneficio affecisse.

34. *Pollu-*

λδ΄. Πολυδεύκει.

Θαυμάζειν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἔοικας τὴν περὶ πολύ μου μεταβολὴν τοῦ βίου, ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον θρασύτερος ἢ κατὰ τύραννον ἐμφανὴς ὤν, τανῦν οὐδὲ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ὁρῶμαι. ἐγὼ δὲ ἐνδεέστερον ἤδη φεύγω πάντας ἀνθρώπους. πίστιν γὰρ οὔτε παρ' ἄλλοις τισὶν, οὔτ' ἐν φίλοις βεβαίαν εὗρον. διὸ πάντα πολυπόνως ἐπιγνοὺς, τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν ἐν Λιβύῃ, τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω, καὶ τὰ θηρόβατα Νομάδων ἐνδιαιτήματα. μᾶλλον γὰρ ἐμπελασθεὶς λέουσιν ἀκινδύνως συναυλισαίμην ἂν, καὶ συνευνηθείην ἑρπετοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς νῦν οὖσιν ἀνθρώποις. τοσοῦτον ἡμῖν αἱ πολλαὶ, καὶ ποικίλαι, καὶ συνεχεῖς τύχαι ἐμπειρίας, καὶ πονηρίας μετέδωκαν.

λε΄. Πολυγνώτῳ.

Καὶ τοῦ δωρεῖσθαί τί σοι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ τοῦ γράφειν πεπαύσομαι, Πολύγνωτε. πέπαυσο δὲ καὶ σὺ

σὺ

34. *Polluci.*

Mirari per epiſtolam videris tantam vitæ meæ mutationem, quòd cum anteà audientiùs quam Tyranno conveniret in publicum prodire ſolerem, nunc ne ab amiciſſimis quidem conſpiciar. Ego jam ſedulò omnes fugio, fidem enim neque apud alios, neque apud amicos ſtabilem inveni. Quare omnibus diligenter perſpectis, deſertam in Lybiâ ſolitudinem, aut ferarum illud hoſpitium, Numidiam vitæ inter homines actæ præferendam exiſtimo. Tutiùs enim inter leones omneque reptilium genus unà verſarer, atque dormirem, quàm inter hujuſce ſæculi homines. Tantam nobis varii, frequentes, & propè aſſidui caſus experientiam ſimul, & ægritudinem attulerunt.

35. *Polygnoto.*

Tibi & aliquid donare, Polygnote, & ſcribere in poſterum deſinam. Deſine vero

tu

σὺ τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς πολλοὺς ἐπαίνων. τοῖς γὰρ ἔργοις μου κατηγορῶν, δι' ὧν οὐδὲν προσδέχῃ τῶν πεμπομένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς λόγοις με ἐγκωμιάζεις· οὐδὲ τοῦτο συνιεὶς, ὅτι λόγος ἔργου σκιὰ παρὰ τοῖς σωφρονεστέροις πεπίστευται.

λϛ΄. Κλεομενίδῃ.

ΤΩν δωρεῶν ὅσαι μὲν σοι πρὸς τὴν γυμνασιαρχίαν ἀνήκουσι, πεπόμφαμεν· ἐλαίου μετρητὰς διακοσίους, καὶ πυρῶν μεδίμνους τετρακοσίους. ὅσα δὲ νεότητός ἐστι, τῷ υἱῷ σου, πέντε οἶνον, καὶ τοὺς γραμματέας παῖδας, καὶ τὰ Στησιχόρου ποιήματα· εἰ μὴ καὶ ταῦτά τις τὰ δῶρα Συρακουσίων ὑποπτεύσειε νεωτέρων ἕνεκεν πραγμάτων ὑπὸ τυράννου πεπέμφθαι.

λζ΄. Γοργίᾳ.

ΤΑ μὲν ἄλλα τῆς ἐπιστολῆς σου πάντα καλῶς ἡγοῦμαι γεγράφθαι· τὴν δὲ παράκλησιν τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι περιττεύειν νυνὶ μάλιστα λογίζομαι. ἐγὼ γὰρ οὔτε τελευτὴν, οὔτε τελευτῆς εἶδος φεύγω, σωφρονεῖν ὑπολαμβανόμενος. εἰ-

tu apud vulgus nos laudare. Cum enim, ex iis quæ tibi misi, nihil accipias, dum verbis me effers, reipsa criminaris; neque intelligis verba apud sapientiores rerum umbram tantùm censeri.

36. Cleomenidæ.

MUnera quæ gymnasii præfecto conveniunt misimus: Metretas nempe olei ducentos, & quadringentos medimnos frumenti. Prætereà filio tuo, quæ juventuti congruunt, vinum, scribas pueros, & Stesichori poëmata: nisi quis fortè Syracusiorum hæc etiam dona novandarum rerum causâ à Tyranno missa suspicetur.

37. Gorgiæ.

IN literis tuis cætera quidem omnia rectè scripta, illam autem de futuro adhortationem nunc potissimùm superfluam existimo. Neque enim mortem, aut speciem mortis ullam timeo, & in hoc me sapientem judico. Fa-

εἱμαρμένη γὰρ οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων νομοθετεῖται, καὶ καθόλου δὲ τὸν ἐξετάζοντα περὶ τῶν τοιούτων, ἢ δεδιότα περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν, ἢ κακῶν λίαν εὐήθη νομίζω, εἴ τις ἢ προγνῶναι τὸ μέλλον δύνασθαι πέπεισται, ἢ προγνοὺς φυλάξασθαι. εἰ δέ τις τὸ μὲν γνῶναι δυνατὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ φυλάξασθαι ἀδύνατον, οὗ χάριν ἐσπούδακεν εἰδέναι τὸ γενησόμενον, ὅπερ ἀγνοοῦντος καὶ γινώσκοντος ἔσται; οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ σὺν τῷ γνῶναι καὶ τὸ φυλάξασθαι τοὐπιὸν ἀνυστὸν εἶναι φήσει τις, ὡς γενέσθαι, καὶ διατάξαι, καὶ μεταθεῖναι ἄλλο ἀντὶ τοῦ προεγνωσθέντος χείρονος ἐπιεικέστερον, ᾧ τελευτῆσαι δύναιτ' ἄν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι· θεοῦ γὰρ ἔργον τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἀνθρώπου. ἐνθυμηθεὶς δέ τις τοὺς λεγομένους ἀπὸ τοῦ Διὸς Αἰακὸν, καὶ Μίνω, καὶ Ῥαδάμανθον, καὶ τοὺς ἄλλους ἡμιθέους, οὔτε ἀθανάτους γενομένους, οὔτε ἄλλως ἀποθανόντας, ἢ κατὰ τὴν ἰδίαν ἕκαστον εἱμαρμένην; ἢ περὶ μοίρας, ἢ θανάτου δυσαναχετῶν ἢ φοβούμενος, ἐμπεδόφρων εἶναί σοι δοκεῖ; μάλιστα μὲν οὖν πειρῶ καὶ σὺ τοιαύτην διάνοιαν ἐν τοῖς ἰδίοις περὶ τῶν ἀφανῶν ἔχειν, ὡς μηδὲν περὶ αὐτῶν

φρον-

Fatum enim ſub hominum leges non cadit; & omnino de his quærentem, aut de futuris bonis maliſve metuentem ſtultiſſimum cenſeo, ſi vel ſe præſcire poſſe futura, vel, ſi præſciat, effugere perſuaſum habeat: at ſi quis ſe præſcire quidem poſſe, effugere vero non poſſe ducat, cur ventura ſcrutari ſtudet, quæ eodem modo vel ſcienti, vel neſcienti evenient? Si quis autem ſuâ illâ providentiâ credat averti etiam poſſe impendens fatum, ita nempe diſponi, atque ordinari, ut in melius cedat, quomodo hæc fieri poſſint mihi minimè conſtat: Dei enim hoc, non hominis opus. Cum autem quis animadverterit Æacum, Minoa, Rhadamanthum, cæteroſque ſemideos, non immortales eſſe factos, neque aliter, quàm cujuſque fatum tulit, obiiſſe, hunc, ſi mortem aut metuat, aut ægrè ferat, conſtantem eſſe dixeris? Quarè & maximè tu contende talem habere de obſcuris, quæ ad te ſpectant, opinionem, ut de iis minimè ſis

ſol-

φροντίζειν· ἐπεί τοι περὶ ἡμῶν ὡς μηδὲν μεριμνώντων ἐπίστασο.

λη'. Δημοτέλει.

Συγγνώμην ἔχω σοι τῶν παραινέσεων. τύραννος γὰρ οὐ γεγονὼς, τυράννῳ συμβουλεύεις καταθέσθαι τυραννίδα. θεῶν μὲν οὐδένα μοι διδοὺς ἐγγυητὴν τῆς ἀσφαλείας, ᾧ τάχα ἂν καὶ ἐπείσθην· ἀξιόπιστον δὲ σαυτὸν ἡγούμενος ἀνάδοχον, καὶ ὑπὲρ τηλικούτου πράγματος· σχεδὸν οὐκ εἰδὼς, ὅτι τοῦ κτήσασθαι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ἐπισφαλέστερόν ἐστι τὸ καταθέσθαι. ὥσπερ γὰρ ἰδιώτῃ τοῦ τυραννῆσαι πολλῷ λυσιτελέστερόν ἐστι τὸ μὴ τυραννῆσαι· οὕτω τυράννῳ τοῦ καταθέσθαι, τὸ μὴ καταθέσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος. καθόλου δὲ τὸ περὶ τυραννίδος οὕτως, ὡς περὶ γενέσεως καὶ ζωῆς ἀνθρώπου φρονητέον· οὔτε γὰρ ἄνθρωπος ἀκούσας περὶ τῆς ἑαυτοῦ γενέσεως, εἴ πως γένοιτο δυνατὸν, ὅσοις μέλλει δυσκόλοις ἐγκυρήσειν παρὰ τὸν βίον, γεννηθῆναι βουληθείη ποτ' ἄν· οὔτ' ἰδιώτης ἐσπουδακὼς τυραννῆσαι, προπυθόμενος τὰς ἐν τυραννίδι

ſollicitus, quandoquidem nos ab omni ejuſmodi curâ vacuos eſſe ſcias.

38. *Demoteli.*

Ad hortationibus tuis veniam concedo. Tyrannus enim cum nunquam fueris, Tyranno ſuades, ut Tyrannidem deponat; neque Deorum quenquam mihi adhibes ſecuritatis ſponſorem cui fortaſsè confiderem, ſed teipſum etiam in tantâ re dignum ſatis eſſe cenſes fidejuſſorem; ignarus interim quòd tale imperium deponendi majus ſit quàm acquirendi periculum. Quemadmodum enim non regnare privato ſatius eſt quàm regnare, ita Tyranno ſceptrum non deponere quàm deponere magis expedit: & ita de Tyrannide ut de naſcendi vivendique conditione ſentiendum eſt. Neque enim, ſi fieri poſſit, ut homo naſciturus audiret quantis vitæ implicaretur moleſtiis, in lucem unquam prodire vellet; neque privatus regnandi cupidus, ſi prævideret Tyrannidis

νίδι κακοδαιμονίας, τύραννος ἂν, ἀλλ' οὐκ ἰδιώτης ἐθελήσειε καταβιῶναι. οὕτω, Δημότελες, ἀνθρώπῳ τὸ μὴ γενέσθαι συμφερώτερον ὁρῶ, τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ τυραννῆσαι δὲ, τὸ μεῖναι μέχρι ζωῆς ἰδιώτην. εἰ μὲν οὖν περὶ τῆς τυραννίδος τὰ περὶ αὐτῆς μοι διηγησάμενος κακὰ συνεβούλευες, πάντως ἂν ἐπείσθην μὴ τυραννῆσαι· τύραννος δὲ ὢν, καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς ἀρχῆς εἰς πολλὰ περιπεπλεγμένος, οὐχ οἷόν τε ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθέντα καταθέσθαι τὴν ταύτης ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι. καταθέμενον γὰρ τὴν ἀρχὴν, οἶδ' ὅτι δεῖ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντα πρὸς τῶν τυραννηθέντων, οὕτω καταστρέψαι τὸν βίον.

λθ'. Πολυστράτῳ.

Καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι φίλοις ἐπέσταλκα διὰ ταχέως ἐλθεῖν εἰς Ἀκράγαντα· καὶ σοῦ δέομαι, παραγενέσθαι πρὸ Ὀλυμπίων. βούλομαι γὰρ τὴν μάλιστα εὐνοούντων σύλλογον ἀγαγὼν, τὴν πρέπουσαν ἐπιμέλειαν, ὥσπερ ἄλλοτε, καὶ νῦν ποιήσασθαι· καὶ περὶ πραγμάτων

nidis miserias, Tyranni potiùs quàm privati vitam optaret. Ita, Demoteles, non nasci commodius esse video quàm nasci, & ad finem usque vitæ privatum agere quàm Tyrannum. Si igitur mihi nondum imperanti illud de malis hisce consilium dedisses, facilè me ab imperandi cupiditate revocasses: cum autem jam Tyrannus sim, & ex regni necessitate in multa inciderim pericula, ut jam tandem me abdicarem suadenti non modò non homini cuivis, sed ne Deorum quidem summo obtemperarem. Novi enim, si me imperio exuerem, mihi ab iis quibus imperavi crudeliùs tractato vitam esse miserrimè exigendam.

39. *Polystrato.*

Cæteris quidem amicis omnibus, ut Agrigentum quàm celerrimè venirent, præcepi, & à te peto, ut antè Olympia adsis. Velim nimirum mei maximè faventium undique auxilia convocare, ut dignâ quâ soleo curâ negotia expediam; & de rebus

γμάτων ἐπισφαλῶν, καὶ μεγάλων γνώμην λαβεῖν· ἀτόπου μὲν ἢ δυσκόλου μεταδώσων οὐδενὸς (ἀρκέσω γὰρ τοῖς ἐμαυτοῦ) πειθησόμενος δὲ οἷς ἂν εἴποιτε, ἵνα μενούσης μὲν τῆς ἀρχῆς ἐν οἷς ἐστι, πολλάκις ὑμᾶς δεξιώσωμαι· πιπτούσης δὲ ταύτης, ἐὰν δοκῇ τῷ δαίμονι, τὴν ὑστάτην λαβόντες προσαγόρευσιν, μνήμονες εὐσεβεῖς ὧν ἐφιλοτιμήθημεν εἰς ὑμᾶς γένοισθε. ἥκετε οὖν ἀνυπερθέτως, τῇ προτέρᾳ προθυμίᾳ κεχρημένοι πρὸς Φάλαριν, ὃν μάλιστα ὑμεῖς γινώσκετε.

μ΄. Παυρόλᾳ.

Ἐδεξάμην τὸν ὑπὸ σοῦ πεμφθέντα μοι στέφανον ὁλκῆς χρυσῶν ἑξακοσίων· ὃν τύχης μὲν ἕνεκα, καὶ τῆς τοῦ πέμψαντος φιλοτιμίας εἴληφα. στεφανωσάμενος δὲ αὐτὸν ἡμέραν μίαν, ἐν ᾗ τοῖς πατρῴοις θεοῖς ἐπινίκια τῆς πρὸς Λεοντίνους μάχης ἐβουθύτουν, τὸν αὐτὸν ἀπέσταλκα δῶρον Ερυθίᾳ τῇ μητρί σου. οὐδένα γὰρ εὗρον ἀξιώτερον

ρον

bus arduis, & periculosis consilium capiam. Nihil autem, quod aut durum, aut à vobis alienum videri possit, unà deliberabimus (his enim ipse solus sufficiam) verùm iis, quæ dixeritis, morem geram; ut si imperium steterit, sæpius vos liberaliter excipiam, si corruat, atque ita Deo visum fuerit, ut jam postremùm à me convocati, piè memineritis eorum quæ in vos studiosè contuli. Venite ergo nihil cunctati, at in Phalarin, quem vos maximè exploratum habetis, pristinâ voluntatis inclinatione propensi.

40. *Paurolæ.*

Corona à te missa aureorum sexcentorum pondere mihi allata est, quam, fortunæ causâ & ob ejus qui misit propensum animum, accepi. Eâ autem coronatus sum illo die quo victimas ob partam contra Leontinos victoriam immolavi, quam deinde matri tuæ Erythiæ dono misi. Quippe neminem inveni digniorem

 rem

ρον τοιαύτῃ κοσμηθῆναι πολυτελείᾳ, ἢ μητέρα. γένοιο δ' ἂν ἡμῖν καλλίων σὺ καὶ πρεπωδέστερος στέφανος, εἰ τῆς τῶν γονέων εὐχῆς ἄξια φρονῶν εὑρεθείης.

μα'. Ἱππολυτίωνι.

ΕΠιτρέπω σοι πρός με παραγενέσθαι, καθὼς ἀξιοῖς. ὅρκον δὲ οὐδένα σοι δίδωμι, τοῦ μηδέν σε πείσεσθαι κακόν, ἀλλὰ πίστιν. εἰ δὲ μου τῇ τῶν λόγων ἀπιστεῖς ὑποσχέσει, νῦν με ταῖς ἀληθείαις ἀδικεῖς, οὐχ ὅτε κατηγορήθης. εἰδὼς γάρ με μηδενὶ πώποτε παραβεβηκότα πίστιν, ὡς κατεγνωκὼς, ὅρκῳ μετέρχῃ. καὶ τί διαφέρει πρὸς εὐσέβειαν, ὅρκον ἢ πίστιν συγχέαι; ἀμφότερα γὰρ ἡ γνώμη βεβαιοῖ. ἔρρωσο.

μβ'. Πολυτίμωνι.

ΕΙ μὲν ἀπὸ τῶν σεαυτοῦ τρόπων στοχαζόμενος, ἀπιστεῖς ἐμοὶ, σύνεσιν ἐμοῦ καταδικάζεις, οὐ πονηρίαν· εἰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐμῶν, ἀγνοίᾳ μου πολὺ διημάρτηκας. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ παρα-

rem qui tam pretioso munere ornaretur. Tu autem nobis pulchrior decentiorque fueris corona, si te parentum votis digna conari compertum sit.

41. *Hippolytioni.*

FAcio tibi copiam, quam petis, ad me veniendi. Non juramento autem, sed fide me obstringo te nihil mali passurum. Sin promisso verbis dato non credas, mihi in hac re prôfectò magis injuriam facis, quam tum quando accusabaris. Cum enim noveris me nulli fidem fefellisse, quasi jam convictum jurejurando obligas. Et quid interest ad pietatem, juramentum an fidem violem? utraque enim æquè confirmat voluntas. Vale.

42. *Polytimoni.*

SI tuos ipsius mores respiciens, mihi non credas, prudentiæ me accusas, non malitiæ; si meos, eò quod me ignoras, errasti. Tantum enim abest ut fal-

παραβῆναι πίστιν, ὥστε ἀπ' ἐμαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις πέρα τοῦ δέοντος προσέχων, ὡς βεβαιοτέραν πίστεως ἔχουσιν εὐσέβειαν, πολλάκις ἐσφάλην. ἧκε οὖν ἐμοὶ πεισθεὶς ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης· πεισόμενος ἄδικον μὲν οὐδέν, μαρτυρήσων δὲ πρὸς ἅπαντας, ὅτι Φάλαρις οὐ ψεύδεται πίστιν.

μγ'. Τεύκρῳ.

Ἀριστομένει τῷ σῷ, τὸ χωρίον παρεδόθη, καὶ Ἱππολυτίων ἀφείθη τῶν ἐγκλημάτων. σὲ δ', ὡς ἐπαγγέλλῃ, προσδοκῶμεν. ἐγὼ δὲ ἔρρωμαι, εἰ τοῦτ' ἔστιν ἐρρῶσθαι, τὸ πολλοῖς ἐπιχειρήσαντα, καὶ τῶν πλείστων περιγενόμενον, διὰ τὰ χείρω μεταμελεῖσθαι καὶ περὶ τῶν βελτιόνων.

μδ'. Νικίᾳ.

Ἐφ' οἷς μισεῖς σου τὸν υἱόν, ὅτι τοὺς σοὺς οὐ μιμεῖται τρόπους, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων φιλεῖται. συνίεις οὖν, ὅτι πάντες οἱ τοῦτον φιλοῦντες σὲ μισοῦσι.

με'. Ἀδει-

fallam fidem, ut, cum aliorum ingenia ex meo æſtimarim, iiſque tanquam religioſiùs fidem colentibus temere crediderim, ſæpe fuerim deceptus. Veni igitur, mihique poſitâ omni fraude confidas; nihil enim iniqui experieris, & teſtimonium inſuper apud omnes perhibebis, fidem non ſolere à Phalaride violari.

43. *Teucro.*

ARiſtomeni tuo data eſt villa, & Hippolytion criminibus abſolvitur. Te vero, ſicuti promittis, expectamus. Ego quidem valeo, ſi hoc eſt valere, cum multa aggreſſus, multa conſecutus fuerim, ita ob ea, quæ malè ceſſerint, dolere, ut eorum etiam, quæ meliùs evenerint, pœniteat.

44. *Niciæ.*

QUæ tibi cauſa eſt odii in filium, quòd tuos mores non imitetur, eadem eſt aliis amicitiæ; noris itaque, omnes, qui hunc amant, te odiſſe.

45. *Adi-*

με΄. Ἀδειμάντῳ.

ΑΚούω σε διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὁπότερος ὑμῶν ἐστὶ χείρων· σοῦ μὲν ἐκεῖνον λέγοντος, ἐκείνου δὲ τοὔμπαλιν σέ. ἐγὼ δ᾽ οἴομαι, μᾶλλον δὲ καλῶς πέπεισμαι, τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἐκεῖνον εἶναι κακίω· σοῦ δὲ οὔτε ἐκεῖνον, οὔτε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα. ἔρρωσο.

μϛ΄. Αἰγεσταίοις.

ΠΑύσασθέ μου τοὺς φυγάδας ὑποδεχόμενοι· Φάλαριν γὰρ οὔτ᾽ εὖ ποιῶν τις, οὔτε κακῶς, ἐνίκησε. μάθοιτε δ᾽ ἂν τὸ τοιοῦτον, εἰ τὰ Μελιταίων καὶ Λεοντίνων ἴδοιτε· οἷς μὲν γὰρ ἐλευθερίας, Λεοντίνοις δὲ δουλείας πρὸς αἴτιος ἐγενόμην. οἷς μὲν, ὅτι τριήρη μου κατέδυσαν· Μελιταίοις δὲ, ὅτι καταδυομένην ἐβούλοντο σῶσαι. ἔρρωσθε.

μζ΄. Ἀντισθένει καὶ Θεοτίμῳ.

ΤΩν ὑπ᾽ ἐμοῦ πεμφθεισῶν δωρεῶν, Ἀντισθένης μὲν τὸ μέρος ἐδέξατο, Θεότιμος δὲ οὔ. διὸ τῷ

45. *Adimanto.*

AUdio te cum fratre diſceptare, uter ſit deterior; te quidem illum dicente, & illo viciſſim te. Ego autem opinor, imo penitùs perſuaſum habeo, cæteris quidem omnibus illum, te vero neque illum, neque alium quenquam eſſe deteriorem. Vale.

46. *Ægeſteis.*

DEſinite à me in exilium pulſos recipere. Phalarin enim neque beneficiis, neque injuriis facilè quiſquam ſuperat: quod facilè noritis, ſi quid Melitenſibus & Leontinis evenerit, reputetis. Illis quidem libertatis, his verò ſervitutis autor fui; Leontinis, quòd triremem meam ſubmerſerint, Melitenſibus, quòd ſubmerſam conſervare voluerint. Valete.

47. *Antiſtheni & Theotimo.*

MUnerum à me miſſorum partem accepit Antiſthenes, Theotimus non item. Quare illi

τῷ μὲν οἶδα χάριν, τῷ δὲ οὐ μέμφομαι· ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ἠλάττωσέ με λαβὼν, ὁ δ' οὐδὲν ἐζημίωσε.

μη'. Μενεκλεῖ.

ΜΗ μεταμέλου χρηστὸς γενόμενος, εἰ βούλει τῆς τοῦ πατρὸς πονηρίας ἀπολιμπανόμενος νομισθῆναι· ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ προτέρου χρόνου τὴν πρὸς Καμαριναίους ὑπόληψιν προσαπολεῖς. ὑποκρίσεσι γὰρ καιροῦ δόξεις, οὐκ ἀληθείᾳ χρηστὸς γεγονέναι.

μθ'. Ἐπιστράτῳ.

ΩΣ πρὸς εὐτυχῆ τινα γράφειν ἔοικας. ἐγὼ δέ σοι τὰ περὶ ἐμοῦ συνελὼν, ἐν βραχεῖ δηλώσω. εἰ τοῦτ' ἔστιν εὐτυχεῖν, τὸ γεννηθέντα μὲν ὀρφανίας πειραθῆναι, νέον δὲ ὄντα κατὰ περίστασιν ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος, ἀπολέσαι δὲ τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας, τραφῆναι δὲ ἐν βαρβάροις ἔθεσι, φεύγειν δὲ ἐξ ἁπάσης γῆς ἀδικούμενον, ἐπιβουλεύεσθαι δὲ μὴ μόνον ὑπ' ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐεργετουμένων· τυραννήσαντα δὲ, ἀπευ-

illi gratiam habeo, huic non ſuccenſeo: neque enim, qui accepit, res meas minuit, neque alter, *qui non accepit*, mihi ullam injuriam tulit.

48. *Menecli.*

NE te bonitatis pœniteat, ſi à patris iniquitate alienus velis exiſtimari. Aliter priſtinam de te Camarinenſium opinionem falles. Ad tempus enim ſimulaſſe, non reverà bonus fuiſſe videberis.

49. *Epiſtrato.*

QUaſi ad fortunatum aliquem videris ſcribere. Ego verò brevi res meas tibi exponam. Si hoc eſt fœlicem eſſe, à primâ infantiâ parentibus fuiſſe orbatum, juvenem caſu quodam patriâ ejectum, maximâ bonorum parte ſpoliatum, inter barbaros educatum, injuſtè ex omni loco pulſum, inſidiis non ſolùm ab inimicis, ſed ab iis etiam, de quibus bene merui, petitum, Tyrannidis tandem adeptæ ſtatim pertæ-

ἀπεύχεσθαι καὶ τὸν ἐν τυραννίδι βίον, εὐτυχοῦμεν.

ν'. Ονήτορι.

ΚΑὶ σὺ, καὶ πάντες οἱ φίλοι τοῦτ' ἄν μοι χαρίζοισθε, μήτε ἐξετάζοντες περὶ ἐμοῦ μηδὲν, μήτε πολυπραγμονοῦντες, εἰ μή τι βουλοίμην. τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ κατὰ τύχην περὶ ἡμᾶς, ὡς μᾶλλον ἡσθῆναι τοὺς ἐχθροὺς ἀκούσαντας, ἢ λυπηθῆναι τοὺς φίλους μὴ συνυπακούσαντας.

να'. Ετεονίκῳ.

ΤΗς μὲν τῶν ἄλλων ἔχθρας, ὅσοι τι κακόν με δεδράκασιν, ὡς παρακαλεῖς, κἂν ἐπιλαθοίμην, (Θνητοὺς γὰρ ὄντας, ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὥς φασί τινες, οὐ προσήκει) τῆς μέν τοι Πύθωνος εἰς ἐμαυτὸν δυσμενείας, οὐ μόνον ζῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθανὼν (ὃ πᾶσι συμβαίνει τοῖς τετελευτηκόσιν) ἐπιλαθοίμην. ὁ γὰρ τὰ μέγιστά με τῶν κακῶν ἐργασάμενος, οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ τὴν ἐμὴν φυγὴν, Ερυθίαν τὴν γυναῖκα, βουλομένην ἐμὲ διώκειν,

pertæſum, *ſi hoc, inquam, eſt fælicem eſſe*, fælices ſumus.

50. *Onetori.*

ET tu & omnes amici hanc mihi gratiam concedite, ut nihil de me inquiratis, neque meis vos miſceatis negotiis, niſi ipſe hoc velim. In eo enim ſtatu ſunt noſtræ res, ut magis lœti fuerint inimici ſi quid audiant, quàm triſtes amici ſi nihil audierint.

51. *Eteonico.*

ALiorum licet inimicitias, quicunque me malo affecerint, quemadmodum hortaris, oblivifcar, (Mortales enim, ut aiunt, immortale odium gerere non decet) Pythonis tamen in me hoſtilem animum, non ſolùm vivus, ſed nec mortuus quidem (quod tamen mortuis omnibus contingit) oblivifcar. Ille enim mihi habendus eſt ante omnes maximè injurius, qui, me exule, Erythiam uxorem meam, me ſequi

διώκειν, ἀναινομένην δὲ τούτῳ γήμασθαι, φαρμάκῳ διαφθείρας.

νβʹ. Μεγαρεῦσιν.

Οὐκ ἐλπίζων παρ' ὑμῶν ἀπολήψεσθαι χάριν, τὰς τριήρεις ὑμῶν ἁλούσας μεθῆκα, προφανῶς κατ' ἐμοῦ πλευσάσας. εἰ γὰρ ἐμνημονεύετε χάριτος, οὐκ ἂν ἐπελάθεσθε, ὅτι πρότερον τοῖς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα.

νγʹ. Λεοντίνοις.

Λεωνίδην ὃν ἐξεπέμψατε κατάσκοπον τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἁλόντα, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, σέσωκα· οὐχ ὑμῖν χαριζόμενος, ἀλλ' ἵνα μὴ ζητῶ, τίς ὑμῖν σαφῶς ἀπαγγείλῃ τὴν παρασκευὴν τοῦ καθ' ὑμῶν πολέμου. καὶ γὰρ ἐμοὶ πιστῶς ἄνευ βασάνου τὰ παρ' ὑμῖν ἐδήλωσεν, ὅτι πάντων ἐνδεεῖς ἐστε, πλὴν λιμοῦ καὶ φόβου. τούτων δὲ ὑμᾶς φησι καὶ λίαν εὐπορεῖν.

νδʹ. Ἱμεραίοις.

Ἐγὼ πάντα μὲν ὑπὲρ Στησιχόρου πράττειν ἕτοιμός εἰμι· κἂν, εἰ πρὸς αὐτὴν ἔδει με τὴν μοῖραν ὅπλα ἀράμενον

περὶ

ſequi cupientem renuentemque illi nubere, veneno ſuſtulit.

52. *Megarenſibus.*

NUllâ gratiæ à vobis referendæ ſpe, captas triremes veſtras, manifeſtè contra me tendentes, dimiſi. Si enim memores eſſetis beneficii, vobis non exciderat famis veſtræ à me ter relevatæ memoria.

53. *Leontinis.*

LEonidam, quem mearum rerum exploratorem miſiſtis, cùm captum interficere poſſem, ſervavi; non ut vobis gratum facerem, ſed ut mihi non ultra quærendus eſſet, qui clarè vobis belli contra vos apparatum annuntiaret. Mihi enim nullis tormentis adductus res veſtras fideliter indicavit, vos nempe omnium eſſe egenos, præterquam famis & timoris, horum autem ait magnam apud vos eſſe copiam.

54. *Himerenſibus.*

EGo Steſichori gratiâ quidvis agere paratus ſum. Immo, armis contra fatum ſumptis,

 de

περὶ τοῦ θανάτου διαγωνίσασθαι, οὐκ ἂν ὤκνησα, ἐφ' ᾧ γε θεῖον ἄνδρα περὶ κάλλους ὑμνῳδίας ἐπαινούμενον, ὑμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις περισώσασθαι· ὃν ἐξ ἁπάντων αἱ καθαρώταται θεαὶ Μοῦσαι προὐτίμησαν ὑμνοπόλων, δι' οὗ μέλη καὶ χοροὺς ἐξήνεγκαν. λογίσασθε δὲ, ὡς ὅποι ποτ' ἂν ταφῇ Στησίχορος, Ἱμεραῖός ἐστι· καὶ πάσης μὲν πατρίδος κληθήσεται διὰ τὴν ἀρετὴν, μενεῖ δὲ ὑμέτερος. ἅμα δὲ μηδὲ οἴεσθε ἕνα τῶν νεκρῶν Στησίχορον, ἀλλ' ἐν τοῖς ποιήμασιν ἔτι εἶναι, ἃ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων πεποίηται. δέξασθ', ὦ Ἱμεραῖοι, παρὰ μὲν ὑμῖν γεννηθέντα, τραφῆναι τὸν ἥρωα καὶ παιδευθέντα βιῶναι, γηράσκοντα ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσι· παρὰ δὲ Καταναίοις τοῦτο βουληθεῖσιν, εἴτε δυνηθεῖσιν, εἰς ἄλλο τι τῆς φύσεως μεταβαλλούσης, τελευτῆσαι. καὶ ἐν μὲν Ἱμέρᾳ νεὼς ἱστάσθω Στησιχόρου, μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον· ἐν δὲ Κατάνῃ, τὸ σπουδαζόμενον ὑπ' αὐτῶν, τάφος· περὶ μὲν οὖν τούτου ὅπως ἂν ἄμεινον δόξειεν ὑμῖν αὐτοῖς, πράττετε, μήτε χρημάτων τῶν ἐπ' ἐμοὶ, μήθ' ὅπλων

de morte certare non recuſarem, ut divinum hunc virum, carminum elegantiâ inſignem, vobis cæteriſque hominibus incolumem præſtarem: quem caſtiſſimæ Deæ Muſæ omnibus Lyricis prætulerunt, & per quem carmina choroſque ediderunt. Exiſtimate autem Steſichorum, ubicunque ſepeliatur, eſſe *adhuc* Himerenſem. Ob virtutem ſanè univerſarum gentium civis audiet, veſter tamen permanebit. Cæterum inter mortuos Steſichorum ne reputetis, ſed in poëmatibus, quæ omnibus communia fecit, adhuc ſupereſſe. Memineritis, ô Himerenſes, natum, educatum, inſtructumque apud vos vixiſſe Heroa, & inter hymnos & carmina conſenuiſſe; apud Catanenſes verò, qui hoc & voluerunt & potuerunt, corruentibus naturæ viribus, obiiſſe. Himeræ templum erigatur Steſichoro, immortale virtutis monumentum; Catanæ autem, quod ibi ſtudioſè expetitur, ſepulchrum. Quicquid itaque vobis optimum videtur, agite, & me, neque pecuniis, neque armis,

ὅπλων ἐνδεεῖς ἔσεσθαι νομίζοντες, μήτ᾽ ἀνδρῶν. ἓν δὲ προσνοεῖσθε, ὡς οὔτε ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν εὐπρεπές· οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ἀσφαλές. τὸν δὲ ἄνδρα μὴ στένετε, μήτ᾽ ὀλοφύρεσθε, κινοῦντές τι τῆς ἐπ᾽ αὐτῷ τύχης. τέθνηκε μὲν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ Στησιχόρου, τοὔνομα δὲ παραλαβὼν ὁ ἀνήνυτος αἰὼν, εὐκλεὲς μὲν ἐν βίῳ, μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται. τὰ μέντοι μέλη καὶ ἔπη, καὶ παντοῖα ποιήματα παραινῶ, καὶ δημοσίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς ἱεροῖς ἀναγράψασθαι, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐν τῷ σφετέρῳ οἴκῳ. τότε γὰρ ἂν ἀφανίζοιτο Στησίχορος, ὅταν τούτων τι μὴ φυλάττηται. εἰς τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διαπέμψασθε ἐπιμελῶς· εἰδότες, ὅτι μᾶλλον τοῦ γράψαντος ἀνδρὸς, ἡ θρέψασα πόλις τὸν τοιοῦτον ὑπὸ πάντων θαυμασθήσεται.

νε΄. Θρασήνορι.

ΤΟ φρούριον ὃ σὺ πορθῶν ἐγκατέλιπες, ὑπὸ τῆς περὶ Τεῦκρον ἐξ ἐπιδρομῆς καθῃρέθη.

armis, neque viris vobis defuturum existimate. Hoc unum autem considerate, quòd urbem *hanc* in Sicilia, cum ipsi Sicilienses sitis, neque si capiatis, decorum erit, neque, si non capiatis, tutum. Virum autem ne lugeatis aut deploretis, neque ob ejus fatum novi aliquid moliamini. Mortuum quidem est Stesichori corpus, nomen autem cùm acceperit æternitas, præclarum quidem in vitâ, in memoriâ beatum consecrabit. Carmina *ejus* & cujuscunque generis poëmata publicè in templis, & in domo cujusque privatâ inscribi præcipio. Tunc enim interibit Stesichorus, cùm horum aliquid perierit. Diligenter etiam hæc ad alios homines transmittite, vobiscum reputantes, magis admirationi fore urbem quæ talem virum pepererit, quàm ipsum qui hæc scripserit.

55. *Thrasenori.*

CAstellum, quod tu, postquam oppugnaveras, reliquisti, à Teucri militibus impetu facto statim est dirutum.

θη. οὗ δὲ περὶ τῆς ἐπιστολῆς τάχους, συντομώτερον ἴσθι ληφθὲν τὸ χωρίον.

νϛ΄. Ἀβάριδι.

Πυνθάνομαί σε χάριν ὁμιλίας ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, ἐξ Ὑπερβορέων εἰς τοὺς καθ᾽ ἡμᾶς ἀφῖχθαι τόπους. Πυθαγόρᾳ μὲν οὖν τῷ φιλοσόφῳ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ, καί τισιν ἄλλοις τῶν ἐλλογίμων Ἑλλήνων, συμμεμιχέναι καὶ πολλὰ παρ᾽ αὐτῶν προσμεμαθηκέναι, ζητεῖν δὲ καὶ πλείοσιν ἱστορίας χάριν, ὧν οὐκ οἶσθα, ἐντυχεῖν. εἰ μὲν οὖν προκατήχησαι ταῖς ἐμαῖς διαβολαῖς, καὶ πέπεισαι τοιοῦτον εἶναί με, ὁποῖον ὁ διαβάλλοντες εἰσάγουσι, μεταπείθειν οὐ ῥᾴδιον. εἰ δὲ τὸ ἀληθὲς ἐξετάζεσθαι διέγνωκας, παρὰ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις μάλιστα δὲ παρὰ σοφοῖς ἀνδράσιν, ἐλθὲ πρός με συγγενησόμενος, ὥσπερ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀξίων λόγου. γνώσῃ γὰρ ἐκ πείρας, τά τε ἄλλα ἅπαντα παρ᾽ ἐμοὶ κάλλιον καὶ σεμνότερον, (εἰ δὲ δεῖ εἰπεῖν μηδὲν ὀκνήσαντα) καὶ φιλανθρωπότερον,

tum. Scias autem locum illum celeriùs fuiſſe captum, quàm hæc ad te feſtinare poſſit epiſtola.

56. Abaridi.

Audio te colloquii cum præclaris viris gratiâ ex Hyperboreis ad noſtras oras veniſſe. Idcirco cum Pythagorâ Philoſopho, Steſichoro poëtâ, aliiſque Græcorum celeberrimis familiarem fuiſſe, & multa apud illos didiciſſe; adhuc autem multorum commercium optare ad conquirenda ea quæ ignoras. Si itaque calumniæ, quæ in me congeruntur, ad aures tuas pervenerint, & perſuaſum habeas talem me eſſe qualem calumniatores ferunt, non ſanè facile eſt ab hac te ſententiâ abducere: quòd ſi rem ipſam inter omnes, præcipuè verò ſapientes diligentiùs ſcrutari digneris, veni ad me, quod multi præclari anteà fecerunt, ut noſtrâ fruaris conſuetudine: expertus enim cognoſces omnia meliùs & moderatiùs, & (ſi id porro audenter effari oportet) humanius

τερον, ἢ πρὸς τὴν κατέχουσαν φήμην ἐσχηματισμένα, καὶ τὸν ταῦτα διέποντα καὶ κοσμοῦντα Φάλαριν, οὐδενὸς τῶν σφόδρα ἐπὶ τούτοις θαυμαζομένων ἐνδεέστερον.

νζʹ. Ἄβαρις Φαλάριδι τῷ Τυράννῳ.

ΕΔειξας φύσιν οἰκείαν ὕβρεως καὶ ὠμότητος· καί σε ἔτεκεν οὐ γυνὴ καὶ ἀνὴρ, ἀλλὰ λέαινα, καὶ σῦς ἄγριος. ποιεῖς γὰρ πάντα βίᾳ, καὶ προσέτι ἰσχύι δόξῃ κακῇ καὶ ἀγριότητι. μὴ σύ γε κάλει Ἄβαριν, εὐσεβῆ ἄνδρα, εἰς πόλιν Ἀκράγαντα. ἀλλότρια γὰρ ἐμοὶ φθόνος καὶ χαλεπότης, καὶ κακὴ ἄγνοια. εἰ δὲ προθύμως με θέλεις ἐλθεῖν εἰς τὸν οἶκον, νόμοις ἑλληνικοῖς χρώμενος, προκάλου με εἰς τὴν ἑστίαν, καθαρεύων χερσὶ, καὶ ψυχῇ πρὸς πάντα πολίτην σὸν καὶ ξένον. εἰ δὲ μὴ, χαίρειν σοι Ἄβαρις λέγει.

νηʹ. Φάλαρις Πολυστράτῳ καὶ Δαΐσκῳ.

ΕΓχειρεῖτε, καὶ μὴ μέλλετε διὰ τάχους ἐμοὶ πολεμεῖν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις οἷς δημηγοροῦντες

niùs ſe habere, quàm per famam effinguntur; & Phalarin qui hæc adminiſtrat ordinatque, illis, quorum in his ſumma admiratio eſt, nihilo cedere.

57. *Abaris Phalaridi Tyranno.*

ANimam arguis injuriis & crudelitate plenam; neque fœminâ ac viro ſed leænâ & ſue agreſti es genitus. Omnia enim per vim & rabiem perpetras, malis conſiliis & feritate *actus*. Ne Abarin, pium virum, Agrigentum voces: invidia enim, ſævitia, & turpis ignorantia à me aliena ſunt. Sin revera velis me domum tuam ſubire, legibus Græcorum uſus accerſas me in ædes; manus animamque erga & cives & peregrinos puram geras; ſin minùs, Abaris te valere jubet.

58. *Phalaris Polyſtrato & Daiſco.*

ACcingimini, nec belli in me inferendi ulla ſit in vobis mora: præmia enim quæ in habitâ contra me oratione

ροῦντες ἐλέγετε, διαβάλλοντές με πρὸς Λεοντίνους, οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

νθ'. Ναυσικλεῖ.

Ἐγὼ μὲν, ὅπερ ἤδη πολλάκις ἐπεσταλκώς σοι τυγχάνω, κἂν Ἑρμοκράτης, ἤ τις ἄλλος εἴρξῃ τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς λαβεῖν τὴν Φιλοδήμου θυγατέρα γαμουμένην, ἀποπέμπων δέδωκα· καὶ τὸν ἔπαινον ἴσον, μᾶλλον δὲ εὐκλεέστερον ἔχω παρ' ὅσον τοιούτοις συγγενέσιν ὁ Τύραννος καὶ μηδὲν προσήκων ἀντεξετάζομαι. πρὸς δὲ τοὺς ὀνειδίζοντας ὅτι χαριζόμενοι πείθομεν, ταύτην ἔχειν τὴν ἀπολογίαν, τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς εὐεργετουμένους ἀντὶ φιλοφροσύνης βίᾳ χρήσασθαι.

ξ'. Ἀριστολόχῳ.

Ἐπιλαθόμενος ἧς ἔχειν ἠρνοῦ πονηρίας, καὶ γενόμενος ἄλλος τις πρὸς ἡμᾶς, ἢ οἷος εἶ, χαλεπὸν καθ' ἑκάστην ὑπόλαβε μὴ τοῦτο μόνον,

tione apud Leontinos reportaſtis, neque invidemus vobis, neque quò minùs ad ea obtinenda *ulteriùs* contendatis, dehortamur.

59. *Nauſicli.*

ETſi filiam Philodemi modo nuptam dona à me miſſa accipere vetet Hermocrates, aut quicunque is fuerit, *nihilominus*, ſicut tibi literis ſæpe pollicitus ſum, miſi illa & dedi. Et ſi ob hæc mea beneficia, ego Tyrannus minimèque ei affinis cum illius cognatis conferar, æqualem *cum illis*, immo fortè præclariorem aſſequar laudem. Qui autem mihi id vitio vertunt quòd largitionibus ad perſuadendum utar, hoc ſibi reſponſum habeant, beneficiis affectos pro benevolentiâ non *ſolere* vim rependere.

60. *Ariſtolocho.*

NEquitiæ, quâ te affectum negaſti, oblitus, & alius erga nos factus ac adhuc fueris, grave eſſe quotidie cogites non hoc ſolùm,

νον, εἰ πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καὶ καθ' ἑκάστην γε κατηγορίαν εὖ παθὼν, οὐ τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμείβῃ (ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἐάσω χρηστότητα τὴν δοκοῦσάν μου εἶναί ποτε, τῆς κατ' ἐμαυτοῦ πονηρίας ἐνέγκασθαι δευτέραν αἰτίαν) ἀλλ' εἰ μηδὲ σὺ σεαυτοῦ πρός με εὐεργετεῖν βεβουλημένον φείδῃ. ἡμῶν γνοὺς οὕτως ἐχόντων ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τάχα ἂν ἐπιεικέστερος ὀφθείης.

ξα΄. Ἐπιχάρμῳ.

ΠΕρὶ τῶν αὐτῶν ὧν σὺ καὶ Δημοτέλης ἡμῖν συνεβουλεύετε ἀποστῆναι τῆς τυραννίδος, ταῦτα οὐ δυσνοοῦντες, ἀλλ' ἀγνοοῦντες διὰ τὴν ἀπειρίαν, οὕτω συνεβουλεύετε. τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι τυραννίδος, ὀρεγομένου· τὸ παύσασθαι δὲ, οὐκ ἔτι, διὰ τὸ πολλὰ μὴ δεόντως πρᾶξαι· ὥσπερ οὐδὲ τοξότῃ μεθέντι τὸν οἰστὸν, ἀναλαβεῖν τὸ βεβλημένον. ἀλλ' εἰ μὲν δυνατὸν ὑμῖν ἐστιν ἀνελεῖν τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος, καὶ δὴ ποιεῖτε. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀδύνατον, ἀδυνα-

τώτερον

lùm, quòd cùm ſæpe & per ſingulas accuſationes à nobis beneficio ſis affectus, parem nobis non retuleris gratiam (ego enim id cavebo, ne *facilitas mea*, quæ bonitatis ſpeciem præ ſe fert, alteram me laceſſendi occaſionem vobis præbeat) verùm etiam quòd nec tibi ipſi, cui ego benefacere velim, parcas. At *nunc cum intellexeris* ut noſtra plerumque ſtet ſententia, moderatiùs fortaſſis te geres.

61. *Epicharmo.*

QUæ tu & Demoteles nobis conſilia dediſtis, ut Tyrannidem deponamus, ea non mihi infenſi, ſed harum rerum imperiti ſtatuiſtis. Penes eſt Tyrannidis appetentem, an eam capeſſet; an deponet non item, cùm multa jam contra leges fecerit; quemadmodum nec jaculatori licet telum ſemel emiſſum revocare. Sin verò fieri poſſit ne cœperim imperare, id operā date; quòd ſi hoc fieri nequeat, multò minùs

fieri

ποτέραν ἴστε τὴν ὑμετέραν παραίνεσιν ἐμοὶ δόξαι συμφέρειν.

ξβ'. Τιμοσθένει.

Τῶν στρατιωτῶν ὁ μὲν ἡμίσεις εἰς τὸ φρούριον ἐπιμείναντες, ἐκκοψάτωσαν· οἱ δ' ἄλλοι, τὰς ἐπιδρομὰς τῆς θαλάσσης διαχωσάτωσαν· ἵνα τῆς πλημμυρίδος διαψυγείσης, ἔνεργον ἀντὶ ἀργοῦ γένηται τὸ πεδίον· ἀνακείσθω δ' ἡ περὶ ἑκατέρων αὐτῶν χάρις, τοῖς πρώτοις τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἔργον ἀποτελέσασιν.

ξγ'. Ἀριστολόχῳ.

Εἰ τὸ Στησίχορον ἀδείας ἀξιωθῆναι παρ' ἡμῖν αἰχμάλωτόν ποτε γενόμενον, ἐπαίρει σε κατ' ἐμοῦ γράφειν τραγῳδίας, ὡς πᾶσι τοῖς ποιηταῖς ἡμέρως προσενεχθησομένου, πολὺ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνεις. οὐ γὰρ ἀποδέχομαι κοινότητι ποιητάς, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ποιητῶν· οὐδὲ τοὺς εἰς ἔχθραν ἐμοὶ καταστάντας, ἀλλὰ τοὺς γενναιοτάτους τῶν ἐχθρῶν. σὺ δὲ, κακὸς μὲν ποιητὴς, ἄναλκις δὲ ἐχθρὸς ὤν, καὶ καθ' ἀνδρείαν καὶ κατὰ δύναμιν ποιητικὴν Στησιχόρῳ

fieri posse, ut vestrum mihi consilium prosit, existimate.

62. Timostheni.

Militum dimidia pars ad castellum maneat, idque diruat, cæteri maris excursiones ductis fossis avertant, ut, inundatione exsiccatâ, ager è sterili fœcundus reddatur. Utriusque verò operis præmium in medio positum, iis, qui primi suum confecerint, cedat.

63. Aristolocho.

Si, quòd Stesichorus apud nos aliquando captivus veniam consecutus sit, id te ad scribendum contra nos Tragœdias impulit, quasi erga omnes poëtas mansuetus essem, à veritate longè aberras. Non enim omnes communiter poëtas amplector, sed bonos: neque omnes inimicos, sed generosissimos. Tu vero, cum malus sis poëta, & hostis imbellis, tam fortitudine quàm poëticâ facultate, te cum Stesichoro

χόρῳ σεαυτὸν προσεικάζεις. γνώσῃ δὲ τὴν ταχίστην τοῦ λεγομένου διαίρεσιν, οὐκ εἰς μακράν. οὐ περὶ ὧν εἰς ἐμὲ γράφεις (πάντων γὰρ ἂν εἴην ἀψυχότατος, εἰ καὶ τῶν σῶν ἐπιγραφείην δραμάτων) ἀλλ' ὅτι τοιοῦτος ὢν ἐχθρὸς καὶ ποιητὴς, τῶν αὐτῶν σεαυτὸν καὶ Στησίχορον ἀξιοῖς.

ξδ'. Ἀμφιδάμαντι καὶ Θρασυβούλῳ.

ΥΜεῖς μὲν ἀποδεδωκέναι τὰ χρήματα, ἃ ἐδανείσασθε, Τεύκρῳ λέγετε· ὁ δ' οὔ φησιν ἀπειληφέναι. οὐκ ἔχω δὲ μὰ τὸν Ἡρακλέα οὔθ' ὑμῖν ἀπιστεῖν, οὔτ' ἐκείνῳ μὴ πιστεύειν. ὁ μὲν γὰρ ἐπιζητεῖ βεβαίωσιν ὑμᾶς ἔχειν τινὰ τῆς ἀποδόσεως· ὑμεῖς δὲ ὡς φίλῳ πεπιστευκέναι λέγετε. δι' ἃς γε αἰτίας οὐκ ἀπειληφὼς, ἵνα μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν ἀπιστεῖν ἐν τοῖς λόγοις, ὡς κεκομισμένα προσδέδεγμαι. εἴη μὲν τοι μέχρι παντὸς ἀγνοεῖν με τ' ἀληθὲς, ἢ τὸν πλάνον ὑμῶν τοῦτον, ὅς τις ἐστὶ, πονηρὸν εὑρεθῆναι. κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι πολλῶν χρημάτων ἐνεγκεῖν ζημίαν, ἢ φίλων·

choro æqualem jactas. Brevi autem cognofces quantum inter te atque illum intercedat difcrimen; non quòd in me fcribas (omnium enim ignaviffimus effem fi tua me moverent carmina) fed quòd cum talis fis & poëta & hoftis, dignum tamen eâdem *mercede* & te & Stefichorum cenfeas.

64. *Amphidamanti & Thrafybulo.*

PEcunias, quas mutuò accepiftis, Teucro reddidiffe vos affirmatis, ille fe recepiffe negat. Non eft autem mehercule cur aut vobis diffidam, aut illi non credam. Ille à vobis aliquam redditæ pecuniæ probationem poftulat; vos illi tanquam amico credidiffe allegatis. Quare *debitum* licèt non receperim, ne videar tamen veftrûm alterutrius fidem fufpicari, tanquam receptum duco; atque utinam potiùs æternùm lateat verum, quàm veftrûm utervis, quicunque is fuerit, fraudis coarguatur. Satius enim arbitror multarum opum jacturam facere, quàm amicorum;

λων· ἀνάγκη δὲ, τῆς ἀληθείας εὑρεθείσης, ἀντὶ φίλων τοὺς ἀδικοῦντας καὶ ψευδομένους ἐχθροὺς γενέσθαι.

ξε'. Πελοπίδῃ.

ΟΥτ' ἂν ἐγὼ γράψαιμι πρὸς Στησίχορον περὶ ὧν ἀξιοῖς· οὔτ' ἂν ἐκεῖνος ἐπινεύσειεν, εἴς τινα τῶν ἔτι ζώντων ἐξενεγκεῖν μέλος, εἰ καὶ γράψαιμεν ἡμεῖς. ἀπόχρη δέ μοι χάριν εἰληφέναι παρ' αὐτοῦ, τῆς ἐπὶ τῇ Νικοκλέους γυναικὶ ποιήσεως. εἰ δέ τι βούλει παρ' ἡμῶν αἰτεῖν, οὗτινος ἡ ἐξουσία οὐκ ἐπ' ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἄνεισι γνώμην, ἐπίστελλε.

ξϛ'. Τηλεκλείδῃ.

ΙΔίᾳ τινὶ χρώμενος γνώμῃ, πρὸς πολλοὺς ἤδη τῶν ἐμῶν ἑταίρων διείλεξαι· (τοῦτ' ἴσως διαπραττόμενος, ὃ καὶ γέγονεν, εἰς ἐμὲ κομισθῆναι τοὺς λόγους) ὡς οὐκ ἐχρῆν μετὰ τὸν δημιουργὸν τοῦ ταύρου Περίλαον, ἄλλους κατεργάσασθαι τῷ τρόπῳ τῆς αὐτῆς αἰκίας· τὸν γὰρ ἴδιον λύειν ἔπαινον. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τῆς ἐπὶ Περιλάῳ τιμωρίας

rum; cùm necesse sit, veritate exploratâ, injustos perfidosque ex amicis inimicos fieri.

65. *Pelopidæ.*

Vide Epist. 78.

NEque ego de iis, quæ petis, ad Stesichorum scribere velim, neque ille, si scribam, in adhuc viventem poëma condere annueret. Mihi id in beneficium sufficit, quòd in Nicoclis uxorem poëma confecerit. Si quid autem à nobis rogare velis, quod non in alienâ, sed nostrâ potestate situm est, scribas.

66. *Teleclidi.*

Vide Ep. 122.

PRivato quodam fretus judicio inter familiares meos disseruisti (hoc fortasse animo habens, quod & effectum est, ut tua ad me pervenirent dicta) post fabricatorem tauri Perilaum, alios eodem supplicii genere affici non oportuisse; *ita* enim meam *meiipsius culpâ* laudem perituram. Ego verò neque laudes ob Perilai supplicia

είας ἐπαινούμενος, ἐπιστρέφομαι· (τιμωρὸς γὰρ οὐκ ἐγενόμην
ἐπαίνου χάριν) οὔτε τὰς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κολάσεως διαβαλλό-
μενος ἄχθομαι. δόξης γὰρ αἰσχρᾶς ἢ καλῆς ἄμεινα κεχώρι-
σται. εὖ μέν τοι καὶ τοῦτο ἴσθι, ὅτι τοῦ μέλλειν καὶ ἄλλους τινὰς ἐν
τῷ ταύρῳ διαφθείρεσθαι χάριν, ἐκολασάμην αὐτόν, ἐπεὶ
τῆς τοῦ χαλκοῦ κατασκευῆς ἕνεκα, δωρεᾶς, οὐκ ἀπωλείας ἦν
ἄξιος. δίκαιον μὲν οὖν ἐκείνῳ τὰς περὶ τούτων αἰτίας, καὶ τοῖς
εἰς τοῦτο τύχης ἥκειν βιαζομένοις ἀνακεῖσθαι· εἰ δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς
ἀναφέροιντο ὑπὸ τῶν ἀγνωμονέστερον κρινόντων, οὐκ ἀχθόμεθα,
ἕως ἔχομεν ἀξίους ἀποδεικνύναι τῆς κολάσεως τοὺς ἀναιρου-
μένους. ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτου κολασθέντος, ὃν ὑπὲρ
ἁπάντων ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ αὐτῆς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως
ἐπυρπόλησα, τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς ἐξετάσεως ἐπὶ πάντων ποιεῖσθε.
εἰ γὰρ τὴν ἐπὶ Περιλάῳ κόλασιν ὡς δικαίαν ἐπαινεῖτε, καὶ τῶν ἄλ-
λων, ὅσους ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἀδικημάτων ἐκολασάμην, οὐ δήπου
μέμφοισθε ἂν προσηκόντως· οὐδὲ ὅσων ἀνῃρήκαμεν ἐκσπόνδων
ἐμοὶ γεγενημένων, δι᾽ οὓς ἐμηχανήσαντο ὀλέθρους. ἦ που γε σφό-
δρα

cia allatas magni habui, (non enim ex vindictâ laudem captavi) neque calumnias ob aliorum pœnam in me sparsas ægrè fero. Vindicta enim à famæ tam bonæ quàm malæ curâ aliena est. Hoc autem nôris, quòd illius operâ alii in tauro essent supplicium luituri, me ideo illum punivisse; nam ob æris opificium præmia meruit, non exitium. Æquum itaque est hoc tormenti genus tum illius, tum aliorum, qui simile pati infortunium cogentur, *vitio* tribuere. Siqua ab iniquè judicantibus in nos transferatur culpa, non angimur, quamdiu occisos pœnam hanc meruisse facile fuerit demonstrare. Exorsi enim à primo eorum qui supplicio affectus est, quem omnium hominum, imo humanæ naturæ gratiâ combussi, idem de cæteris examen instituatis. Si verò Perilai necem ut justam laudetis, nec aliorum, quos ob injurias aliis illatas punivi, nec certè perfidorum, quos ob mortem mihi intentatam sustuli, jure vobis reprehendenda est cædes. Valde

δρα ἂν ἄβουλος εἴην, εἰ τοὺς ὑπὲρ ἄλλων κακούργους, ἐάν με καὶ εὖ ποιῶσι, τιμωρούμενος, τοὺς εἰς ἐμὲ ἐπιβουλεύοντας ἀζημίους ἐάσαιμι· καὶ τὴν δύσκλειαν ὑπὲρ τῶν μὴ προσηκόντων, ἐπὶ τὸ φοβερὸς δοκεῖν εἶναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἀναδεχόμενος, ὑπὲρ τῶν ἰδίων κινδύνων ὀκνήσαιμι. πεπείσμεθα δὴ περὶ τῆς ἀξιώσεώς σου, καὶ οὐ δεῖ πλείοσιν ἐνοχλεῖν. παῦσαι δὲ καὶ σεαυτῷ καὶ ἐμοὶ πράγματα παρέχων.

ξζ΄. Παυρόλᾳ.

Ἀφικόμενος εἰς Ἱμέραν, ἀναγκαίας ἕνεκα πραγματείας, ἤκουσα τῶν Στησιχόρου θυγατέρων ποιήματα λυριζουσῶν. ἃ μὲν αὐτοῦ Στησιχόρου γεγραφότος, ἃ δὲ τῶν παρθένων ἴδια. ἦν δὲ τῶν μὲν Στησιχόρου τὰ τῶν θυγατέρων ἥττονα· τῶν δὲ ἄλλων, εἴ τινα κατὰ σύγκρισιν ἐξετασθείη, κατὰ πολὺ βελτίονα· ὥστε με τρισόλβιον ἡγήσασθαι τὸν διδάξαντα, τρισολβίας δὲ καὶ τὰς παρὰ φύσιν ἐπὶ τοσοῦτον βάθος παιδείας ἀχθείσας. εἶεν δὴ Παυρόλα.

de enim eſſem inconſultus, ſi aliis injurios, mihi licet beneficos, punirem, eos *interim* qui mihi inſidiantur inultos eſſe ſinerem; & injuſtam Tyrannidis adverſus inſidiatores infamiam vitans, in proprio periculo ſocors obdormirem. Quæ tua ſit de nobis ſententia ſatis novimus, neque opus eſt ut in eâ vulgandâ ſis ultra moleſtus. Quare deſine & tibi ipſi, & mihi turbas dare.

67. *Paurolæ.*

CUm ob neceſſaria negotia Himeram veniſſem, Steſichori filias ad lyram carmina canentes audivi, partim Steſichori, partim ipſarum propria; quæ cùm patris carminibus cederent, aliorum tamen, quibuſcunque conferantur, longè ſuperarunt. Itaque ter beatum exiſtimo qui eas docuit, & illas etiam ter beatas, quæ ultra naturæ ſuæ ſortem ad tantum doctrinæ faſtigium pervenerunt. Quare age Paurola.

λα. σφόδρα γὰρ καὶ διὰ ταῦτα ἐπιζητῶ μαθεῖν, τίνα δή ποτε γνώμην ἔχων, τὸ μὲν σῶμα γυμνάζεις ὅπλοις τε, καὶ κυνηγεσίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις κακοπαθείαις· τὴν δὲ ψυχὴν ἀγύμναστον ἐᾷς λόγου τε, καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς, ἣν ἐχρῆν προτέραν ἐπὶ τὰ τοιαῦτα συνησκῆσθαι, καὶ μόνην. σώματος μὲν γὰρ ἐπιμελητέον ὑγείας χάριν, ἢ ἰσχύος, εἰ μή τις τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἕνεκα ἀθλοίη· ψυχῆς δὲ πάντας τρόποις προνοεῖσθαι χρὴ, τὸν μέλλοντα μετ᾽ ἀρίστης τιμῆς ἐν δημοκρατουμένῃ ζήσεσθαι πόλει. εἴ γε μὴ σὺ τοῦθ᾽, ὃ κατηγοροῦσί τινες, ὥρμηκας ἐπὶ τὸ ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι τὸν ἐν τυραννίδι βίον, ὡς προσήκοντά σοι κατὰ νόμους, καὶ διὰ τοῦτο σωματικὴν ἐπασκεῖς ῥώμην, οἰόμενος ἁρμόζουσαν εἶναί σοι τὴν ἰσχὺν, εἰς τοιαύτης δυναστείας κατάκλησιν. ὅπερ ἐὰν εὖ φρενῶν τυγχάνῃς, παρὰ τοῦ μεταμελομένου περὶ μοναρχίας, οὐχ ἑκουσίως, ἀλλ᾽ ἐξ ἀνάγκης τοῦτον ἐπανελομένου τὸν βίον, γνώμην λάβε. ὁ γὰρ ἀμφοτέρων πεπειραμένος, τυραννηθῆναι μᾶλλον ἂν εὔξαιτο, ἢ τυραννῆσαι. ὁ μὲν γὰρ, ἕνα φοβεῖται, τῶν ἄλλων χαλεπῶν ἀπηλλαγμένος, τὸν τύραννον·

la. Scire enim magnopere cupio, quonam fretus consilio, corpus armis, venationibus, aliisque duris laboribus exerceas, animum verò, quem præcipuum & solum hujusmodi studiis excultum esse decet, in oratoriâ arte, Græcisque disciplinis inexercitatum esse sinas. Corpus quidem curandum est valetudinis vel roboris gratiâ, nisi quis ad sacra se instruat certamina: ei verò animus omnibus modis excolendus est, cui in Democratiâ summo cum honore vivendum est. Nisi, quod nonnulli prædicant, Tyranni vitam quasi per leges tibi congruam sequi atque æmulari decreveris, & cùm robur tali imperio assequendo idoneum ducas, ideo vires corporis exerceas. Quâ de re, si sapis, illum consule, quem Tyrannidis pœnitet; quique non sponte sed ex necessitate hanc vivendi rationem suscepit. Qui utrumque expertus est, regi quàm regere mavult. Qui regitur, cæteris liberatus ærumnis, unum metuit Tyrannum;

τύραννον· ὁ τύραννος δὲ καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντας, καὶ δι' οὓς σώζεται. ἀνάγκη γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν πολλῶν φόβων καὶ ταλαιπωριῶν, πρώτους εὐλαβεῖσθαι τοὺς φυλάττοντας· ὥστε ἐμφρονέστερον δεξάμενος τὴν τοῦ συμβουλεύοντος πατρὸς εὔνοιαν, ἴσος ἀξίου πᾶσιν εἶναι. τὸ δὲ ἐκ φόβων διηνεχῶν, καὶ κινδύνων ἀδιαπαύστων αὐτεξούσιον ἐχθροῖς καὶ παισὶν ἐχθρῶν πάρες. εἰ δὲ ἀπειρίᾳ καὶ νεότητι τὸν ἐν τυραννίδι βίον οἴει τι τερπνὸν καὶ προσφιλὲς ἔχειν, ἀλλ' οὐ τὰς ἀνωτάτω συμφορὰς καὶ κακοδαιμονίας, πάντως μὲν ἁμαρτάνεις, καὶ τοῦτο πάσχεις δι' ἄγνοιαν. εὔχου δὲ σοι τὸν θεὸν, μηδέποτε τυραννικῆς πεῖραν παραστῆσαι τύχης.

ξη'. Τῷ αὐτῷ.

ΟΥχ ὑπὸ σοῦ πολλὰ νομίζω χρήματα αἰτεῖσθαι, μὰ τοὺς θεοὺς, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἐνδεέστερον εὑρίσκω ἢ δὴ χρηστότητι παιδὸς ὑπηρετεῖν. εἴη μὲν τοι σε εἰς ὅσα φῂς ἀναλίσκειν· καὶ οὕτω διδοὺς τῶν ληψομένων φίλων ἀπορήσεις θᾶττον,

ἢ

Tyrannum; Tyrannus & foris insidiantes, & eos etiam, quos habet custodes. Necesse enim est inter varios timores calamitatesque *versatum* ab iis primùm cavere, qui eum tuentur. Quare diligenter perpensâ patris, qui hoc consilii dat, in te benevolentiâ, ut nulli non æqualem te geras contende. Imperium verò terroribus periculisque perpetuis plenum hostibus hostiumque filiis remitte. Si autem ob imperitiam, Tyranni vitæ jucundum aliquid & amabile, non summas potiùs calamitates & ærumnas inesse putes, omnino erras, idque per rerum inscitiam. Tu autem Deum precare, ut Tyranni fortunam nunquam experiaris.

68. *Eidem.*

NOn mehercule multas à te peti pecunias arbitror, sed meipsum pauperiorem invenio, quàm ut filii benignitati sufficere possim. Licet tibi in ea quæ dicis sumptus facere, citiùs enim tibi elargienti deerunt amici,

quàm

ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτούμενος. ὅσῳ γὰρ ἂν προσηγῆται τὸ λαμπρῶς χαρίζεσθαι ἕπεται τὸ μεγαλοφροσύνης ἀξίως κτᾶσθαι· ὅταν δὲ ἅπαξ τὸ δρᾷν πρόθυμον παρῇ τισι, τὸ κατορθοῦν ἕτοιμον αἱ τύχαι παρέχονται. μὴ δὴ καταιδούμενός με τοιούτοις παῤῥησιάζου λόγοις, ὡς οὐκ ἀσμένως ὀλίγα διδόντα υἱῷ, δι' ὃν τὰ πάντα περιεποιησάμην. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ μέμφεσθαί σε τῆς πρὸς τοὺς ἑταίρους ἐκτενείας, ὥστ' ὑπερφυῶς ἡδόμενος, ἄξια παραινῶ σοι διανοεῖσθαι τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας· ἵνα μὴ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἦς μεγαλόφρων, συμπαραμενούσης δέ σοι τῆς αὐτῆς τύχης, ἐσαεὶ φυλάττῃς βούλημα. καὶ δίδομέν σοι ἀσμένως, ὦ γενναῖε Παυρόλα, καὶ λαμβάνομεν χάριν παρὰ σοῦ, τὸν τρόπον τῆς δαπάνης οὕτως εὔελπιν καὶ χρηστὸν ὄντα.

ξθʹ. Ερυθία.

Ει μὲν εὐλαβουμένη τὸν ἐν τυραννίδι βίον, οὐ τολμᾷς εἰς Ακράγαντα πέμψαι Παυρόλαν, συγγνώμην ἔχω σοι, καὶ ὡς γυναικὶ καὶ ὡς μητρὶ, δεδοικυίᾳ περὶ ἀγαπητοῦ παιδός.

εἰ

quàm petenti patris liberalitas. At cum præcesserit benefaciendi splendor, sequitur ut dignas illâ animi magnitudine facultates acquiras; quibus autem adfuerit promptus ad hæc agenda animus, iis perficiendi copiam præstabit fortuna. Posito itaque pudore, liberè mecum agas qui non libenter in filium contulerim pauca, propter quem omnia comparavi. Tantum abest ut te reprehendam ob hanc in socios profusionem, ut vehementiùs læter, teque moneam digna hac tuâ liberalitate meditari, neque in præsenti modò esse magnificum, sed, quamdiu eadem manserit fortuna, idem semper tenere propositum. Libenter tibi opes suppeditamus, generose Paurola, & sumptûs modum tam liberalem & spei plenum in gratiæ loco ponimus.

69. *Erythiæ.*

SI præ tyrannicæ vitæ metu Paurolam Agrigentum mittere non audeas, ignosco tibi, quippe fœminæ & matri, de charissimo filio sollicitæ.

Si

εἰ δ' ὡς μόνη, καὶ οὐ μετ' ἐμοῦ γεγεννηκυῖα, μόνη δικαιοῖς ἔχειν αὐτὸν, ἀγνωμόνως κρίνεις τὰ περὶ γονέων. κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀποτομώτατον λόγον, πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρός· κατὰ δὲ τὸν εὐγνωμονέστερον, ἑκατέρων ἴσος. εἰ δὲ ὃ μεταδοῦσαι ποτε καὶ τῷ γεγεννηκότι τὸν υἱὸν, σαυτῆς ἐλάττωσιν ἡγῇ, τί δοκεῖς τὸν μηδὲ μέρους ἀξιούμενον; κοινωνικώτερον δὴ ποιοῦσα, πέμψον αὐτὸν ὡς ἐμὲ, οὐ διὰ μακρᾶς ἥξοντα πρὸς σὲ, ἀλλὰ θᾶττον, καὶ μεθ' ὅσων δεῖ Φαλάριδος καὶ Ερυθίας παῖδα· ἵνα εἰ καὶ μὴ μετ' ἐμοῦ, μετ' ἀλλήλων γοῦν ἐν ἀφθονίᾳ πλούτου βιοτεύητε. εἰς τίνας γὰρ ἄν τις ἀναγκαιοτέρους εὔξαιτο περιουσιάζειν, γυναικὸς ἢ παιδὸς οὐκ ἐπιμεληθείς; ἐγὼ δὲ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακὼς, ὡς εἰκὸς ἄνδρα καὶ πατέρα, βούλομαι τὴν παρ' ἐμοὶ χρημάτων μοῖραν οὐκ ὀλίγην ἐν ὑμῖν τοῖς φιλτάτοις ἐναπερείσασθαι. καὶ τοῦτο σὺν τάχει πρᾶξαι, καὶ διὰ τἄλλα μὲν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὸ ἐπιὸν γῆρας, καὶ διὰ τὴν πρόσφατον συμβεβηκυῖάν μοι χαλεπὴν νόσον. ὑπομιμνήσκει γάρ με τελευταίαν ἡγεῖσθαι τοῦ ζῆν

ἀνθρώπῳ

Si verò quasi sola & non mecum genueris, sola illum vis retinere, de parentum jure iniquè sentis. Juxta enim legis summum jus, patris potiùs quam matris fuerit puer; juxta æquitatem, ambo-rum pariter. Si verò, cum filium patri aliquando tradas, te orbam fieri ducas, quid de eo existimas, qui ne semel quidem illius fuit particeps? Quare æquabiliùs age, & illum ad me mitte non post longum tempus ad te reversurum, sed citò, & cum quibus redire opoitet Phalaridis & Erythiæ filium; ut si non mecum, vobiscum saltem in rerum affluentiâ simul vivatis. Quis enim divitias in familiares conferre optet, si uxorem & filium negligat? Ego vero, ut maritum & patrem decet, erga vos affectus, non parvam volo bonorum partem apud vos amicissimos collocare, & hoc citò facere, tum ob alia, tum non minùs ob imminentem senectutem, & ob gravem morbum qui nuper me oppressit. Admonet enim me, ut præsentem diem

homini

ἀνθρώπῳ προθεσμίαν, τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν. τῆς δὲ πορείας τῆς Κρήτηθεν εἰς Ἀκράγαντα, καὶ τῆς ἐνθένδε πάλιν ἀφόβου, τὸ πιστὸν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, ἡ τοῦ πατρὸς εὔνοια παρέξεται μᾶλλον, ἢ ὁ τῆς μητρὸς φόβος.

ό. Πολυκλείτῳ.

ΟΥκ οἶδα τί σου μᾶλλον θαυμάσαιμι, ὦ Πολύκλειτε, τὴν ἰσχὺν τῆς ἰατρικῆς, ἢ τὴν τοῦ τρόπου πίστιν. ἡ μὲν γὰρ ἰσχὺς τυραννοκτόνον νενίκηκε πάθος· ὁ δὲ τρόπος, τιμὰς τυραννοκτόνους. δι' ἀμφοτέρων δὲ τούτων ἡ σὴ δικαιοσύνη δραμοῦσα, ἐμὲ δυσὶ κινδύνοις ἀναιρούμενον, ἀφεύκτου τε νόσου προσβολῇ, καὶ τιμαῖς πολεμίων, διέσωσε. μόνῳ γάρ σοι παρῆν, κτείναντός με τοῦ πάθους, μηδὲν ἀπὸ τῆς τέχνης ἀντιπράξαντι, τετυραννοκτονηκέναι δοκεῖν· καὶ μὴ κτείναντος, πᾶν ἑτοίμως τὸ δοθὲν ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ μου λαμβάνοντος, διαφθεῖραι· νῦν δὲ καὶ τὴν δόξαν διαφθεῖραι, πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ὁμοίων τιμῶν. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐβουλήθης κέρδος ἄδικον, ἀντὶ δόξης δικαίας ἑλέσθαι. ἴσως

homini extremum vivendi tempus constitutum existimem. Ut autem è Cretâ Agrigentum venire, & inde redire tutò possit, illi securitatis fiduciam patris benevolentia potiùs quàm matris timor præstabit.

70. *Polycleto.*

NEscio an in te, Polyclete, vim artis medicæ, an morum constantiam magis admirer. Ars enim interfectorem Tyranni morbum, mores verò præmia Tyrannicidarum superarunt. Tua intercedens justitia duobus me periculis objectum, & inevitabilis morbi violentiæ, & præmiis hostium, conservavit. In te enim solo situm erat, si me interemisset morbus & *tua* nihil ars obstetisset, Tyrannum occidisse; & si non interemisset, cùm tamen quidvis *à te* quasi salutare sumerem, sustulisse; poteras etiam si morbo periissem, Tyrannicidæ *opiniónem atque* honores consequi. Sed iniquam mercedē justæ famæ præferre noluisti.

ἴσως γὰρ οὐδὲ εἶχεν ὁ παραδούς σοι χειρὸς ἐμὲ διὰ τὴν νόσον τυραννοκτονίας εὐσεβοῦς τύπον. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπὶ σοὶ γενόμενος, ὅτι βούλοιό μοι χρῆσθαι, τὰς ἀξίας χάριτας οὐκ ἔχων τοσαύτης ἀρετῆς ἀποδοῦναι, τοῦθ᾽ ἓν οἶδα, ὅτι τοῦ κτίσαντος θεοῦ τὴν τέχνην, ἄξια φρονεῖν ἐπαιδεύθης. ὅμως δὲ σὺν τοῖς τῆς ἰατρικῆς καὶ τοῖς τῆς πίστεως ἐπαίνοις, ἀπέσταλκά σοι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια, φιάλας ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρας, καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς οὐ τῆς καθ᾽ ἡμᾶς τέχνης δύο· καὶ ποτηρίων Θηρικλείων ζεύγη δέκα, καὶ παῖδας ἀφθόρους εἴκοσι, καὶ ἀργυρίου μυριάδας Ἀττικὰς πέντε. γέγραφα δὲ καὶ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι σύνταξιν, ὅσην λαμβάνουσιν οἵ τε ναύαρχοι καὶ οἱ σωματοφύλακες, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ ταξίαρχοι· μικρὰν ἀμοιβὴν ἀντὶ μεγάλης εὐεργεσίας. προσκείσθω δὲ τῷ καταδεεστέρῳ τῆς εὐχαριστίας, τὸ προσομολογεῖν, ἴσην ἀμοιβὴν οὐκ ἔχειν ἀποδοῦναι τὸν εὐεργετηθέντα.

οα΄. Τῷ

Fortaſſe vero morbi, quæ me tibi obtulerit, occaſio omnem pii Tyrannicidii ſpeciem ademit. Ego itaque, qui in tuâ poteſtate ■ fuerim, ut quicquid velles mecum agere licuerit, dignas tantâ virtute gratias referre non poſſum; hoc autem ſcio, quòd Deo hujus artis auctore digna ſapias. Unà itaque cum artis & fidei laudibus, animi mei pignora, auri puri phialas quatuor, crateres argenteos operis plùs quàm domeſtici duos, poculorum vitreorum juga decem, pueros incorruptos viginti, argenti quinque myriadas Atticas miſi. Teucro autem procuratori meo ſcripſi ut tibi numeret ſtipendium, quantum navium præfecti, ſatellites, cæterique centuriones accipiunt: exiguam ſanè magni beneficii mercedem. Hinc autem aliquid accedat ei, qui gratiam reponere non valet, quòd ſe par accepto beneficio referre non poſſe ſimul fateatur.

71. Ei-

οα'. Τῷ αὐτῷ.

Ἀπέλυσα διὰ σὲ Κάλλαισχρον, οὕτως ἐπιβουλεύσαντά μοι φανερῶς, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι τὴν ἐπίθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνωμότας μηνῦσαι· προσθεῖναι δὲ τῇ μηνύσει, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ, καὶ πότε, καὶ πῶς ἔμελλον ἐπιχειρεῖν. ἀλλ' ἦν ἀμνήμονος, ὡς ἔοικεν, ἀνδρὸς, μὴ χαρίσασθαι σωτηρίαν ἀνθρώπῳ, τῷ ταύτην δεδωρημένῳ. ἅμα δὲ ἐλογιζόμην, ὅτι κἀμοῦ μὲν ἦν, τὸ δοῦναι τοιαύτην χάριν ἰατρῷ σεσωκότι. περὶ πολλοῦ δὲ σοὶ τὸ λαβεῖν πρεπωδέστερον, τῷ τῆς ἰατρικῆς προεστῶτι, καὶ πάντας σώζοντι τοὺς δεηθέντας. ἰδέτω μέν τοι τὸ παράλογον Κάλλαισχρος, ὅτι ζωῆς παρὰ σοῦ χάριν εἴληφεν, ἑτέρου ζωὴν οὐ δικαίως ἀφελόμενος. ἀφῄρηται μὲν γὰρ οὐ μελλήσας, ἄλλως δὲ ἠτύχηκεν.

οβ'. Περισθένει.

Τὴν Εὐβούλου καὶ τὴν Ἀριφάντου γυναῖκα, τῶν ἐπιβουλευσάντων μοι, Περίσθενες, ἃς ἑλὼν αἰχμαλώτους ἔπεμψας ὡς ἀπολουμένας

71. *Eidem.*

TUi causâ dimisi Callæschrum, qui ita manifestè mihi insidiatus est, ut conjurationem non solum confessus fuerit, sed & conjuratos etiam indicaverit; indicioque addiderit, quo, quando, & quomodo me aggressuri essent. Sed sanè ingrati fuisset salutem illi non concedere, qui illam mihi dedit. Simul etiam mecum reputavi, medico qui me servavit, ejusmodi me debere gratiam, quam te omnium maximè accipere convenit, qui inter medicos summus omnes à te salutem petentes conservas. Inopinatum autem hunc casum secum reputet Callæschrus, quòd vitæ beneficium per te adeptus fuerit, qui alteri vitam injustè auferre voluit; statim enim abstulerat, nisi aliunde esset quòd proposito exciderat.

72. *Peristheni.*

EUbuli & Ariphanti mihi insidiantium uxores, quas captivas tu, Peristhenes, misisti occidendas,

ἀπολυμένας πρός με, σφόδρα σπουδάσας τὸ πρῶτον ἀνελεῖν, σέσωκα. καὶ πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφήρηκα τῆς ὀργῆς. εἰ δὲ καὶ πύθοιο τὴν αἰτίαν, ὅτι δι' εὐγενείας ὑπερβαλλούσης ἀπόδειξιν, μᾶλλον ἂν ἔτι θαυμάσειας. ἐρωτώμεναι γὰρ ὑπ' ἐμοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, εἰ συνῄδεσαν τοῖς ἀνδράσιν, οὐ μόνον ἔφασαν, ἀλλὰ καὶ συνορμηθῆναι τυραννοκτονεῖν. ἀντὶ ποίας δὲ ἀδικίας, εἰπόντος μου, μείζονος ἢ ἐλάττονος εἰς ὑμᾶς ἐξ ἐμοῦ γενομένης; ἰδίας μὲν οὐδεμίας, τῆς δὲ κοινῆς, ἀπεκρίναντο· κοινὴν γὰρ ἀδικίαν ὑπολαμβάνειν τὸ καταδουλοῦσθαι πόλεις ἐλευθέρας. τί παθοῦσαι, τί γάρ τοι πάλιν ἐπανερομένου μου, δίκην ἀποτίσαιντ' ἄν μοι τοῦ μίσους τὴν κατ' ἀξίαν; ἀποθανοῦσαι, προσέθηκαν. ζῆν δὲ οὐ τεθνάναι κείνας, τοὺς μετὰ τοιαύτης ἀρετῆς ἀποθνήσκοντας, φρονήματός τε τοσούτου, Περίσθενες, ἐγώ τε δικαίως ἐφεισάμην· σύ τε πάνθ' ὅσα μετὰ τούτων ἔλαβες ὅτε ἡλίσκοντο, μεταπεμψάμενος αὐτῶν τοὺς ἀναγκαίους ἀπόδος, ἵνα περὶ μηδενὸς ὡς ἠδικημέναι μέμψωνται.

ογ'. Εὐάν-

occidendas, licèt primùm tollere destinarem, servavi. Et mireris forsan, quòd iram remiserim. Si causam tamen audiveris, quòd ob singularis indolis specimen servatæ sint, magis etiam mireris. A me enim interrogatæ, non solùm confessæ sunt se insidiarum, quas mariti instruxerant, conscias, sed & seipsas ad occidendum Tyrannum unà fuisse paratas. Et cùm rogarem, quasnam qualesve ob injurias iis à me illatas? ob nullam quidem propriam, sed communem, respondebant: id enim se communem injuriam censere, civitates liberas servire. Quas verò pœnas, me rursus interrogante, dignas tanto odio mihi luerent? respondent, mortem. Cum ergo illâ constantiâ morientes vivere potiùs quàm mori existimem, tantæ animi magnitudini meritò peperci, Peristhenes. Tu verò omnia quæ, cùm captæ erant, cepisti, accersitis earum cognatis restitue, ut nullâ de re quasi injuriis affectæ conqueri possint.

73. *Evan-*

ογ΄. Εὐάνδρῳ.

ΚΑὶ σὲ καὶ πάντας Ἱμεραίους, μᾶλλον δὲ τοὺς πλείστους Σικελιωτῶν οἴομαι γινώσκειν τοῦτο, ὅτι τῆς ἐν Ἱμέρᾳ συντεθείσης κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς, δικαιότερος ὢν τῶν ἐγχειρούντων, περιεγενόμην. οὐ γὰρ δή που φαῦλος ἂν κριτὴς τῶν ἐν τῷ σφετέρῳ τεμένει τολμωμένων ὁ Ζεὺς ἐγένετο, ὥστε τοὺς δίκαιόν τι πράξαντας, ἐν ἱερῷ ὡς ἀδικοῦντας ὑποχειρίους παραδοῦναι τῷ προσηκόντως ἂν ὑπ' αὐτῶν ἀπολουμένῳ. ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν τῶν ἄλλων ὑπολάβοι· Στησίχορον δὲ πυνθανόμενος ἀνιᾶσθαι, διότι τῆς ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν, εἰς τὰς ἐκείνου ποιήσεις ὁ περὶ Εὔβουλον ἀνέφερον, οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὡς ἐμοῦ ταῦτα πεπεισμένου δυσχεραίνειν. εἰ γὰρ τοῖς τούτου ποιήμασι προσεῖχον, ὡς φασὶν αὐτοὶ, οὐ πονηρίας ἂν ἀπεγνωσμένης, ἀλλὰ χρηστότητος ὑπερβαλλούσης ἔπαθλον ἤραντο.

οδ΄. Ορ-

73. *Evandro.*

ET te & omnes Himerenſes, imò Sicilienſium pleroſque hoc cognoſcere arbitror, quòd factæ contra me Himeræ conjurationi, quia inſidiatoribus eram juſtior, ſuperfuerim. Jupiter enim ita non eſt iniquus judex ſuſceptorum in ſuo templo *facinorum*, ut eos ipſos, qui alioquin juſtum quid acturi in templo tamen injuſtè agerent, ei quem meritò occidere conarentur in manus tradidiſſet. Hæc verò nemo alius fortaſſe credat. Audio autem triſtem eſſe Steſichorum quòd cum Eubulo conjurati in illius poëmata inſidiarum cauſam transtulerint; minimè autem illum angi velim, quaſi ego hæc crederem. Si enim illius poëmatibus animos adhibuiſſent, ut aiunt illi, non deſperatæ malitiæ, ſed ſummæ probitatis præmium reportaſſent.

74. Or-

οδ'. Ὀρσιλόχῳ.

Εἰ τὸ μὴ βουληθῆναί ποτε Πυθαγόραν τὸν φιλόσοφον ἀφικέσθαι πρός με, πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καλούμενον, διαβολὴν ἔφερέ μοι· καθὼς ἐγκωμιάζων αὐτὸν ἔλεγες, ἐπὶ τῷ φεύγειν αὐτὸν τὴν μετ' ἐμοῦ συμβίωσιν· τὸ παραγεγονέναι, καὶ πέμπτον ἤδη μῆνα συνεῖναι μεθ' ἡδονῆς, πάντως ἔπαινός ἐστιν ἐμός. δῆλον γάρ, ὡς οὐκ ἂν ἔμεινεν οὐδὲ βραχὺ μόριον ἡμέρας, εἰ μὴ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις εὑρήκει κἀμὲ παραπλήσιον.

οε'. Λεοντίδῃ.

Ἀμέτροις κέχρησαι λόγοις πρὸς Καμαριναίους, ἐγείρων αὐτοὺς εἰς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον. εὖ μέν τοι καὶ τόδε ἀφ' ἡμῶν ἴσθι, μὴ καλῶς πεπεικὼς αὐτούς, ὅτι οὐ λόγοις ἀπράκτοις ἀμυνούμεθά σε, οἷς εἰς ἡμᾶς ἄρχειν δοκεῖς, ἀλλ' ἔργοις, ὧν οἱ πειραθέντες αὖθις οὐκ ἐπεβούλευσαν. τοῦτ' εἰδότες Καμαριναῖοι, πεῖραν οὐ βούλονται λαβεῖν ὀργιζομένου Φαλάριδος· χαριζόμενος γάρ, ἡδίων αὐτοῖς ἔδοξα.

ος'. Δη-

74. *Orsilocho.*

SI, quòd Pythagoras Philoſophus perſæpe à me vocatus venire noluerit, mihi in calumniam ceſſerit, quemadmodum dixiſti, cùm illum, quia meum fugeret conſortium, laudares: quòd tandem venerit, & quintum jam menſem mecum jucundè verſatus fuerit, mihi in maximâ laude ponendum eſt. Manifeſtum enim eſt quòd ne minimam quidem diei partem manere vellet, niſi me ſibi ingenio ſimilem inveniſſet.

75. *Leontidi.*

Vide Ep. 101.

IMmodicis uſus ſermonibus apud Camarinenſes, eos ad bellum contra me gerendum excitaſti. Hoc autem à nobis ſcies, quòd malè oratorem egeris, tum cùm te ulciſcemur non inanibus verbis, quibus nos laceſſere prior videris, ſed factis, quæ qui experti ſunt non iterum inſidias ſtruunt. Cum hoc cognitum habeant Camarinenſes, iratum Phalaridem experiri nolunt: jucundior enim illis videbor, dum benevolus.

76. *De-*

ος'. Δημαράτῳ.

ΜΗ θαύμαζε τὸν Ἀλκίνου καὶ Δορυμένους θάνατον, ὡς μετὰ πικρείας καὶ τυραννικῆς ὠμότητος πεπραγμένον· πολλῷ γὰρ ἔτι θαυμασιώτερον δὶς καὶ τρὶς ἀδείας ἀξιωθέντας ὑπὸ τυράννου, τότε κολασθῆναι.

οζ'. Ἡγησίππῳ.

ΣΥ μὲν ἴσως καὶ ἄλλοι συγγενεῖς, ὅσοις μάλιστα ἀχθομένοις ἐστὶ τὸ φεύγειν Κλεισθένην, νῦν ἔγνωτε κακῶς βεβουλευμένον ἐπὶ τούτοις, ἐφ' οἷς ἀπεστέρηται τῆς πατρίδος, ὅτ' οὐδενὸς ἑτέρου καιρὸς, ἢ μεταμελείας. ἐγὼ δὲ, ὅτε μάλιστα πολὺς ἐν ταῖς τοῦ πολιτεύεσθαι κενοδοξίαις ἦν, τότε μάλιστα ᾤκτειρον αὐτὸν, καὶ ἐπέστελλόν γε περὶ τούτων μαρτυρόμενος οἷ τελευτήσοι. ὁ δ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τοῦ τιμᾶσθαι γαυριῶν, ἐκπαθὴς ἦν, λήρους ἡμᾶς ὑποπτεύων γράφειν, οὐκ ὄντας ἐμπείρους δημοκρατουμένης πόλεως· μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλομένους εἰδέναι, τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως τὰ ἄριστα πράξαντα διὰ τὴν τυραννίδα·

ἕως

76. Demarato.

NE mireris Alcini & Dorymenis necem quasi cum sævitiâ tyrannicâque crudelitate inflictam. Multò magis enim mirandum est, bis terque à Tyranno veniam adeptos jam *primùm* pœnas persolvere.

77. Hegesippo.
Vide Ep. 95. & 110.

TU & alii fortasse cognati, quibus potissimùm dolori est Clisthenis exilium, nunc demum, cùm non sit locus nisi pœnitentiæ, cognoscitis malè ab illo consultum esse de his, ob quæ patriâ ejectus est. Ego verò quum inani gerendæ reipublicæ gloriâ maximè duceretur, tum maximè illius miserebar, missisque literis ei significavi, quem hæc exitum essent habitura. Ille autem honoris lenocinio elatus nihil movebatur, nugas nos suspicabatur scribere, quippe vel ignaros Democratiæ, vel ob Tyrannidem eum, qui reip. bene consulit, ne nosse quidem optantes: donec

ἕως οὗ λαμπρότερον φυσήσας ἢ συνέφερε, τοῖς ἰδίοις φυσήμασιν ἀνετράπη. καὶ μετὰ ζημίας ἔγνω μεγάλης οὐ Φάλαριν ἀμαθῆ πόλεως εὐνομουμένης διὰ τὴν ἀρχὴν, ἀλλ᾽ αὑτὸν ἀγνῶτα δήμου διὰ τὴν πρόσκαιρον εὐπραγίαν. ἐπαγωγὸν γὰρ ὄχλος εἰς ἀτυχίας, καὶ τὰς ἀρχὰς πρὸς τὰ τέλη διαφωνούσας ἔχων. ἔγωγ᾽ οὖν, καὶ πᾶς ὁ μὴ παραφρονῶν, συρίττεσθαι μᾶλλον ὑπὸ πλήθους ἀκρίτου βουλοίμην ἂν, ἢ τιμᾶσθαι. τὸ μὲν γὰρ ἔχθος αὐτοῦ, τάχιον τοῦ διαφθῆναι, σβέννυται. καὶ οὐδ᾽ ἐν οἷς ἀκμάζει καιροῖς ἐπιζήμιόν ἐστιν. ἡ δὲ τῆς εὐνοίας δόκησις φυγὰς, ἢ θανάτους, ἢ δημεύσεις, ἢ τούτων γε μετριώτερον οὐδὲν, φέρει. νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον, Ἡγήσιππε, ὡς ἴσμεν, οὕτως ἂν εἴποιμι πρὸς σέ. δῆμος ἅπας ἄτακτος, ἄνους, ἄπρακτος, ἑτοιμότατος ἐφ᾽ ὅτι τύχοι μεταχθῆναι, ἄπιστος, ἀβέβαιος, ὀξὺς, προδοτικὸς, ἐψευσμένος, φωνὴ μόνον, ἀνωφελὴς, καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ πρὸς ἔπαινον εὐχερής.

donec ultra quàm par erat inflatus, ſuâ ipſius inſolentiâ everteretur, & non ſine magno detrimento cognoſceret, non ob monarchiam imperitum eſſe Phalarin civitatis bene regendæ, ſed ſeipſum ob præſentem fælicitatem tractandi populi ignarum. Vulgus enim in mala facilè ducitur, & incœptis ſuis diſſimiles habet exitus. Ego quidem & quivis ſanæ mentis ab indoctâ multitudine ſibilis quàm plauſu excipi mallem: ejus etenim odium, citiùs quàm ad ſummum pervenerit, extinguitur; neque cum maximè viget multum habet incommodi. Benevolentiæ verò opinio aut exilium, aut mortem, aut bonorum publicationem, aut aliquid hiſce non moderatius affert. Per Jovem maximum, Hegeſippe, quod ſcimus tecum loquimur. Vulgus omne incompoſitum eſt, amens, rerum agendarum impotens, in quaſvis partes flecti facile, infidum, inſtabile, acerbum, inſidioſum, mendax, inanis tantùm vox, inutile, *æquè* ad iram laudemve propenſum.

εὐχερής. τοῦτ' ἔστι, ὃ μετ' ἐνδόξου περιπλακισμοῦ φθείρεσθαι, τὸ δήμῳ πολιτευόμενον ζητεῖν ἀρέσκειν. μεμήνασι δὲ ὅμως τινὲς εἰς τοῦτο, ἀνοήτῳ καὶ δυσκαθέκτῳ ὁρμῇ, μᾶλλον δὲ λύσσῃ χρώμενοι. καὶ πολλοὶ παίδων ὄντες ἐρασταὶ, τοσούτοις πόθους οὐκ ἔσχον εἰς τέκνα· καὶ χαίροντες γάμοις, οὐχ οὕτως εἶδον ἀσμένως γυναῖκας· καὶ φιλόπλουτοι φύντες, οὐ παραπλησίως ἔστερξαν χρήματα· καὶ φιλόπλοι, καὶ μαχηταὶ, καὶ φιλιπποτρόφοι νίκης ἕνεκα τῶν ἐν ὀλυμπιάσιν ἀγώνων, οὐκ ἐπιτοσοῦτον ἥσθησαν ἑκάστοις τούτων, ὡς ἀθλίαν δόξαν καὶ τιμὴν ἀνόητον, καὶ κρότον ἐπὶ ζημίᾳ τῇ ἑαυτῶν ἀγρεύοντες. τοῖς δὲ τῶν τοιούτων ἐρασταῖς, ὧν μὲν οἰκεῖοι συναχθεσθεῖεν ἂν ὡς ἔνι μάλιστα· οἱ δὲ ἐχθροὶ τὰ μέγιστα πάντων ἐφησθεῖεν. ὑμεῖς δὲ παραμυθεῖσθε μὲν Κλεισθένην, συγγενεῖς ὄντες, εἰ ἄρα δυσθύμως ἔχοι, ὡς ἀνθρώπινόν τι πεπονθότα· ἀποτρέπετε δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς φιλοτιμεῖσθαι, ὡς ἀνήκεστα ἡμαρτηκότα.

οή. Στη-

propenſum. Reipublicæ miniſter, qui operam dat populo ut placeat, id tantùm agit ut inſigni cum dedecore pereat. Hâc tamen dementiâ nonnulli laborarunt, ſtolido & effrænato quodam impetu, vel potiùs rabie agitati; adeo ut qui liberos maximè amant tanto non ardeant in ipſos deſiderio; qui nuptiis gaudent non tam libenter uxores videant; avari non æquè depereant pecunias; qui rei bellicæ atque armorum ſtudioſi ſunt, qui equos ad certamen Olympicum alunt, non tantâ in ſingulis hiſce afficiantur delectatione, quantâ illi qui miſeram gloriam, ſtultos honores, plauſuſque in ſuam perniciem aucupantur. Id interim agunt harum rerum amatores, quod amicis ſuis maximè ſit dolori, inimicis voluptati. Vos verò Cliſthenis cognati, eum, ſiquidem ægrè habeat, ut humani quid expertum ſolamini, ſimul & ab hiſce ſtudiis tanquam graviſſimè errantem avertite.

οη'. Στησιχόρῳ.

Νικοκλῆς ὁ Συρακούσιος (οὐκ ἀγνοεῖς δ' ἴσως ὃν λέγω· διὰ γὰρ ἐπιφάνειαν οἰκείαν, οὐκ ἔστι τῶν ἀγνοηθῆναι δυναμένων ὑπὸ Στησιχόρου) γυναικὸς ἀποθανούσης αὐτῷ, μέγα προσφάτως καὶ περιττὸν ἐπιτέθειται πένθος. εἰκότως· ἔτυχε γὰρ τὴν αὐτὴν ταύτην ἀδελφιδῆν ἔχων καὶ γυναῖκα. οὗτος ὁ Νικοκλῆς (ᾔδει γάρ, ὡς ἔοικεν, ὅσοις πρὸς ἀλλήλους κεχρήμεθα πόθοις) πέμψας πρὸς με Κλεόνικον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἠξίου ὅπως σου δεηθείην ἔπαινον ἐν ποιήσει διαθέσθαι περὶ τῆς ἀνθρώπου. καὶ γάρ, ὡς πυνθάνομαι, Συρακουσίων πᾶσάν τε τὴν ἄλλην ἀρετήν, πρὸς δὲ καὶ τὴν ἀνωτάτω σωφροσύνην αὐτῇ προσμαρτυρούντων, οὐκ ἔστιν ἀνάξιος ὑπὸ τοῦ σοῦ στόματος ὑμνηθῆναι. πεφύλαξαι μὲν οὖν γράφειν εἰς τοὺς κατὰ σεαυτὸν ἀνθρώπους, ἵνα μὴ δόξῃ σου τις ὠνίαν εἶναι τὴν ποίησιν. ἔστι δ', ἡ πιστὴ φιλότης, οὐδὲ αὕτη καθ' ἡμᾶς, εἰς τὸ χρεὼν ἀπηλλαγμένη. μὴ δὴ τὸ συνῆθές σου τῆς γνώμης προβαλλόμενος, ἀποστραφῇς μου τὴν δέησιν· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἀτυχῆσαι παρὰ Στησιχόρου Φάλαριν

78. *Steſichoro.*

NIcocles Syracuſanus (neque forſan te latet quem dico, ob familiæ enim decus non poteſt eſſe ex eorum numero, qui à Steſichoro ignorantur) uxore nuper mortuâ in luctum incidit graviſſimum. Nec immeritò: eandem enim & neptem habuit & uxorem. Hic Nicocles (novit enim, ut veriſimile eſt, quæ ſit inter nos amicitia) miſſo ad me fratre ſuo Cleonico, petiit ut in mulieris laudem poema à te impetrarem. Quantum enim audio à Syracuſanis, qui tum cæteras virtutes, tum ſummam modeſtiam ei attribuunt, non indigna eſt, quæ tuo ore celebretur. Cautum tibi ſemper fuit, ne de tui ſæculi hominibus ſcriberes, ut poëſin tuam nemo venalem exiſtimaret. Illa verò, amice fidelis, non eſt noſtri ſæculi, ſed fato hinc diſceſſit. Ne itaque propoſitum tuum petitioni meæ averſus objicias; non enim æquum eſt à Steſichoro Phalarin

λαριν αἰτησάμενον· οὐχ ὅτι χάριτας ὀφείλεις ὑπέρ τινος, ἀλλ᾽ ὅτι τὴν πεπιστευμένην δόξαν ἀξιοῦμεν ὑπὸ σοῦ βεβαιωθῆναι. δὸς δή μοι τεκμήριον φανερῶς χάριν τῆς σαυτοῦ φύσεως ἀφθόνως, αἰτουμένῳ μὲν, ἃ δώσεις, εἰς ἐμαυτόν· ληψομένῳ δὲ εἰς φίλον. λοιπὸν, εἴ γε νένευκας ἐπὶ τὴν χάριν, Κλεαρίστην καὶ Συρακουσίαν τὸ γένος· Ἐχεκρατίδου πατρός· ἀδελφιδῆν, οὗ γέγραφα μὲν, καὶ γυναῖκα· ἑκκαίδεκα συνεζηκυῖαν ἔτη, τριακοστὸν δὲ ζήσασαν· δυεῖν παίδοιν μητέρα, τεθνηκυῖαν δὲ ἐκ διαφθορᾶς· τὰ μὲν κεφάλαια τῶν ὑποθηκῶν ταῦτα. ἐμπνευσθείης δὲ εἰς τὰ κατὰ μέρος τῆς γραφῆς, ὑφ᾽ ὧν κατέχῃ θεῶν· καί σου τὴν ἱερὰν καὶ ὑμνοπόλον κεφαλὴν, ἡ μουσῶν συγγένεια κοσμήσειεν ἄλλαις τε ὑμνῳδίαις, καὶ τῇ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν εἰς Κλεαρίστην ἐπεσταλμένῃ.

οθ΄. Τῷ αὐτῷ.

ΤΩν μὲν ἐπὶ Κλεαρίστῃ μελῶν πολλή σοι καὶ μεγάλη χάρις ἀποκείσεται. καὶ γὰρ ἐπέ-

δωκας

larin repulsam ferre: non quòd gratiam *mihi* ullâ de re debeas, sed quòd conceptam de te opinionem confirmari velimus. Indicium itaque hoc naturæ tuæ palam mihi concedas, ea quæ dederis meo quidem nomine petenti, amici tamen accepturo. Reliquum est, si mihi gratiam hanc annueris, *ut noris eam vocari* Cleariſtam, genere Syracuſanam; patre Echechratide; ejus, quem dixi, neptem ſimul & uxorem; ſedecim annos nuptam; natam triginta; duorum liberorum matrem; tabe conſumptam: hæc quidem argumentorum capita ſunt. Sit precor poëma tuum per ſingulas illius partes à Deabus, quas colis, afflatum; & tota Muſarum familia, ut in cæteris tuis carminibus, ita in his, quæ noſtri gratiâ in Cleariſtam ſcripturus es, ſacrum tuum & divinum caput exornet.

79. *Eidem.*

MUltam magnamq; tibi habeo gratiã pro carminibus in Cleariſtam: ſummam enim de-

diſti

δώκας σαυτὸν εἰς ἃ παρεκάλουν, καὶ ταῖς κατὰ μέρος οἰκονομίαις ὑπερφυῶς συνηνέχθης· καὶ τὸ σχῆμα τῆς γραφῆς θαυμαστῶς ηὐδοκίμησεν, οὐ παρ' ἐμοὶ μόνῳ (ἐγὼ γὰρ ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως ἄγαμαι τοῖς Στησιχόρου) ἀλλὰ καὶ τοῖς συνακούσασιν Ἀκραγαντίνοις, πολλοῖς γενομένοις. ἔσονται δὲ οὐχ οὗτοι τὸ παρὸν ἀκηκοότες, οὐδὲ ὅσοι νῦν εἰσιν, ἀλλ' ὅσους ὁ μεθ' ἡμᾶς οἴσει βίος. ἡ μὲν οὖν ὑπὲρ ταύτης σου τῆς ποιήσεως χάρις, ὡς ἔφην, ὀφείλεται ὑπ' ἐμοῦ· κεχάρισαι δὲ διὰ τῆς ἐμῆς ἀξιώσεως τοῖς τε νῦν οὖσι, καὶ τοῖς ἐσομένοις ἀνθρώποις καὶ ταύτην τὴν μελῳδίαν. περὶ δὲ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἐμῶν, τοιοῦτον γάρ τι διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐδήλους, πρὸς ἑταιρείου Διὸς, καὶ κοινῆς ἑστίας, μηδὲν ἐν σῇ ποιήσει, μήθ' ὡς κάκιστος ἐγενόμην, μήθ' ὡς ἀγαθὸς, ἐπιμνησθῇς. ἐκμελὲς γάρ ἐστί μου τοὔνομα διὰ τὰς τύχας· γεγράφθω δὲ Φάλαρις ἐν αὐτῷ Στησιχόρῳ, εἴτε βελτίων τῆς κατεχούσης ἐν ἀνθρώποις δόξης, εἴτε τοὐναντίον ὑπείληπται.

π'. Κλεαι-

disti operam in iis quæ à te petii: singulas argumenti partes egregiè disposuisti; & poëmatis forma admodum celebrata est, non à me solùm, (qui omnia à Stesichoro profecta perinde admiror) sed à multis Agrigentinis, qui ea simul audivere: neque verò ab his solis qui tum audivere, neque iis qui jam vivunt, verùm etiam quotquot posteritas feret, *celebrabitur*. Gratia itaque pro hoc poëmate à me (ut dixi) tibi debetur: me quidem rogante, & hujusce, & futuri etiam sæculi hominibus hoc carmen dedisti. De me autem meisque (istiusmodi enim aliquid in epistolâ innuere videbaris) per Jovem socialem communesque aras oro, ne minimam quidem, quòd bonus malusve fuerim, in poësi mentionem facias: ob eam enim, quâ usus sum, fortunam nomen meum *populi auribus* ingratum est. In ipso autem Stesichori *animo* scribatur Phalaris, sive melior, quàm vulgaris hominum fert opinio, sivè pejor reputetur.

80. *Cleæ-*

π'. Κλεαινέτῃ καὶ Θεανοῖ.

ΤΗν μὲν φιλοφροσύνην ὑμῶν ἀσμένως ἀποδέχομαι, τοσαύτῃ σπουδῇ βουλομένων ὀνομάσαι Φάλαριν. παραιτοῦνται δὲ αἱ τύχαι, κἂν ἡμεῖς συνηγορῶμεν. εὑρήσετε γὰρ ἀνεπίληπτον καὶ ἀκατηγόρητον ἐκ τοῦ γένους ὄνομα αὐτοῦ γεγενημένον. ἐγὼ καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα, διὰ πικρᾶς εἱμαρμένης ἀνάγκην, ἀκουσίως πραχθέντα μοι κατέγνωσμαι. καὶ τοὐμὸν ὄνομα δι' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἐκμελὲς, ἢ ὅτι νόμοις οὐ πείθομαι, νόμος δὲ εἰμὶ τοῖς ὑπηκόοις. ἣν δέ μοι χάριν ἀμοιβὴν προσφέρεσθε Φάλαριν ὀνομάζουσαι, ταύτην εὐεργεσίαν ποιήσασθε, μὴ τοῦτο πιθεῖναι τὸ ὄνομα.

πα'. Ενναίοις.

ΟΥ μεταμελόμενος ἐπὶ τῇ ἀφέσει τῶν χρημάτων, ἄνδρες Ενναῖοι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ὑμῖν ἐπέσταλκα· ἀλλ' ἵνα βεβαίαν ἔχητε τὴν χάριν, ἐπεξελθόντες τῇ δίκῃ Περίανδρον. οὐ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τὴν πόλιν,

80. *Cleænetæ & Theanô.*

BEnevolentiam veſtram libenter quidem amplector, quòd tanto ſtudio Phalarin nominare velitis. At ego licèt aſſentiar, contra ſtat fortuna. Invenietis nomen meum, quod ad gentem ſpectat, irreprehenſum & inculpatum; idem tamen ob multa & magna accuſor ex acerbâ fati neceſſitate invito animo facta. Neque aliam ob cauſam meum nomen odioſum eſt, quàm quòd legibus morem non geram, ſed ipſe ſubditis lex ſim. Quam vero gratiam mihi conceditis Phalarin nominando, illam mihi, hoc nomen reticendo, conferatis velim.

81. *Ennenſibus.*

NOn quòd me pœniteat vobis remiſiſſe pecuniam, viri Ennenſes, ad vos hanc epiſtolam miſi; ſed ut, tracto in jus Periandro, firmum habeatis beneficium. Hujus enim de furto falſa criminatio mihi argumento erit,

civitatem

πόλιν, ἀλλὰ προφάσει ψευδεῖ καταχρωμένην ἀποστερεῖν τοὺς δεδανεικότας, ἀπόδειξις ἔσται μοι τὸ τούτου τῆς κλοπῆς ὑμᾶς καταψεύσασθαι. οὐ γὰρ ἔχει λόγον ὑγιᾶ, τοὺς αὐτοὺς, τοτὲ μὲν ὡς πενομένους προεῖναι, καὶ δεῖσθαι χρημάτων· τοτὲ δὲ, ὡς πλουτοῦντας, πολλὰ τῶν κοινῶν εἰς τοὺς ἁρπάζοντας προεῖσθαι. ἀλλ' ἢ καὶ πρὸς τοὺς δανειστὰς πλουσίους ὑμᾶς εἶναι δέον, ἢ καὶ πρὸς τοὺς κλέπτοντας, πένητας. ἐὰν δὲ τὰ μὲν τῆς πόλεως χαρίζησθε τοῖς νοσφιζομένοις, ὡς περιουσιάζοντες, τὰ δὲ τῶν δεδανεικότων ἀποστερῆτε διὰ τοὺς δημαγωγοὺς, ὡς ἀπορούμενοι· πρῶτον μὲν, ὃ καὶ μεῖζόν ἐστιν, ἀδικήσετε, μηδενὸς ὑμῖν ἀδικεῖν ἐπιτρέποντος· ἔπειτα, πολλῷ δικαιότερόν ἐστιν, ἀποτίσειν ὃ δεδάνεισθε ὑμεῖς, ἔχειν οὐ δυνάμενοι διὰ τοὺς ἀφαιρουμένους, καὶ κομίσασθαι τὸν δεδανεικότα, ἢ Φαλάριδος ἐπ' ὀνόματι δωρεᾶς χρεωκοπηθέντος, Περίανδρον ἡδέως κεκερδακέναι τὰ οὐ προεικότος. ὥσθ' ὑμῖν πάρεστιν, ἢ σὺν τῷ σῶσαι τὰ σφέτερα, κυρίαν ἔχειν καὶ τὴν ἀπ' ἐμοῦ χάριν· ἢ μετὰ τῶν τῆς ἰδίων

civitatem revera *pecuniam* adhuc habere, sed futili usam prætextu creditores defraudare. Non enim sanam rationem sapit, eosdem nunc quidem quasi pauperes pecuniam rogare; nunc quasi divites publica bona raptoribus *in prædam* permittere. Verùm enimvero vos oportet aut pariter divites esse erga creditores, aut pauperes simul erga fures. Si vero quasi abundantes ea, quæ civitatis sunt, surripientibus donaveritis, at quasi egentes per populi assentatores sua creditoribus sustuleritis; primùm quidem injusti eritis, & quod majus est, nullâ re ad injuriam vos cogente: deinde multò justius est quod mutuum sumpsistis, quodque per fures retinere non potestis reddere, & sua creditoribus persolvere, quàm ut muneris prætextu debitâ ipsi pecuniâ Phalaris fraudetur, Periander iis, quæ *ego vobis* remisi, jucundè fruatur. Quare in vestrâ situm est potestate, ut cum rerum vestrarum incolumitate meam etiam ratam habeatis gratiam; vel ut unà cum propriæ

ἰδίων χρημάτων ἀπωλείας, πραχθῆναι καὶ τὰ προειμένα.

πβʹ. Τιμάνδρῳ.

Της ἐν Καμαρίνῃ πολιτείας (μὴ πεπεισμένων Καμαριναίων μέγαν ὑπὲρ μικρᾶς αἰτίας ἐπαίρεσθαι πόλεμον) νῦν μὲν ἴσως παραμυθίαν ἔχεις, τὸ κατ' ἐμοῦ στρατείαν ἀγείρειν. ὅταν δὲ τὸ κοῦφον ἐπιλίπῃ σε τῆς τεθείσης ἐλπίδος, τότε κατὰ τὴν ἀξίαν οὐχ ὧν δέδρακας, ἀλλ' ὧν πέπονθας, ἀνιάσῃ. καί τοι τί σοι ὄφελος εἰς παραμυθίαν; εἰ μὲν γὰρ ἐμελήσαμεν πεῖσαι, ὥσπερ ἐκπέπληξαι σὺ, τάχα ἄν τινος εἶχου λόγου διὰ τὸν ἐμὸν φόβον· νῦν δὲ εἰς τἄλλα μὲν οὐδὲ ὅσον ἡμᾶς ἐλύπησας, σὲ δέ· τὸ μηκέτι ἐναρμόσαι σεαυτὸν, τῷ παρ' ἡμῖν ἀπολέσθαι βασανιστηρίῳ· οὐδεμιᾶς γάρ σοι δεῖ τελευτῆς ἐπὶ τοιαύταις κολαζομένῳ συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, εἰ οἷόν τε, μακροτέρου βίου.

πγʹ. Μελι-

propriæ pecuniæ jacturâ, ea etiam, quæ remiſſa ſunt, exigantur.

82. *Timandro.*

GEſtæ apud Camarinenſes reip. (etſi ægrè illi conſenſerint levi de causâ ingens bellum parare) aliquod fortaſſe habes ſolatium, quòd in me jam exercitum conſcribas. Cùm verò inanis illa ſpes evanuerit, tum non ob ea quæ egiſti, ſed ob ea quæ paſſus es, abunde tibi dolebit. Et quid tandem eſt quod te ſolari poſſit? Si enim, quod tu *ita* expaviſti, nobis curæ eſſet *Camarinenſibus quicquam* perſuadere, aliquam forte ſpem ex meo metu fovere poſſis. In cæteris vero, *quæcunque jam agis*, ne tantillùm quidem mihi noces, ſed tibi potiùs; eò quòd inidoneum te exhibueris, qui in noſtris tormentis vitam finires: neque enim *jam* te tantis *ibi* miſeriis afflictum mori oportet, ſed, ſi fieri poteſt, diuturniorem, quàm natura permittit, vitam agere.

83. *Meli-*

πγʹ. Μελιταίοις.

Συμπέπεισμαι πρεσβευσαμένοις ὑμῖν δανεῖσαι χρήματα, καίπερ πρὸς τὸ παρὸν οὐκ εὐπόρως ἔχων, διὰ τὸ συνεχῶς εἰς πολέμους ἀνηλωκέναι· ἀλλὰ προφάσεως οὐ, φασι, δεῖ πρὸς φίλους. πάθοιτε δὲ μηδὲν ὅμοιον τοῖς πολλοῖς, οἳ δανειζόμενοι μὲν τοῖς εὐφημοτάτοις ὀνόμασιν ἀποχρῶνται, ἀπαιτούμενοι δὲ τοῖς χαλεπωτάτοις ἔργον οὔτε δίκαιον, οὔτε εὐχάριστον ποιοῦντες. δεῖ γὰρ λαβόντα, μεμνῆσθαι τῶν δεδωκότων, καὶ μέχρι τῆς ἀποδόσεως ὁμοίους ἡγεῖσθαι τοὺς δεδανεικότας. καὶ εἴτε χρηστὸς εἴη, ὡς χρηστῷ διαλύεσθαι, εἴτε καὶ φαῦλος, ὡς φαύλῳ. καὶ γὰρ ἐπιεικεῖ, καὶ μὴ τοιούτῳ, δίκαιον ἀποδοῦναι τὸ πεπιστευμένον. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Μελιταῖοι, καὶ ὅταν δανείζω, καὶ ὅταν ἀπαιτῶ, εἷς εἰμι, καὶ ἐμαυτῷ παραπλήσιος. οἱ δανειζόμενοι δὲ πρὸς τοὺς καιροὺς καὶ τὸν τρόπον, ὥσπερ φασὶ τοὺς χαμαιλέοντας πρὸς τοὺς τόπους χρώματα, ἀλλάττουσι. καὶ λαμβάνοντες μὲν, ὡς εὐεργέτην καὶ θεὸν ἐπαινοῦσιν· ἀπαιτούμενοι δὲ, ὡς τύραννον,

83. *Melitensibus.*

A Vestris legatis adductus sum ut pecunias vobis mutuò darem, licet impræsentiarum, ob perpetuos bellorum sumptus, non abundem: sed prætextu, ut aiunt, non utendum est apud amicos. Ne verò idem faciatis quod facit hominum vulgus, qui, cùm mutuum quid accipiunt, blandissimis utuntur verbis; quod si repetas, difficillimis; neque justi in hoc neque grati: Eum enim, qui acceperit, datorum meminisse oportet, &, donec persolverit, de creditoribus æquè omnibus idem sentire; si boni sint ut bonis, si mali ut malis suum reddere. Nam & probo & improbo creditum solvere perinde æquum est. Ego quidem, ô Melitenses, & cùm do, & cùm mutuum repeto, idem sum meique similis. Qui verò mutuum accipiunt pro temporum ratione mores, sicuti colorem pro locorum diversitate chamæleontes, immutant: quum pecunias recipiunt, ut benefactorem & Deum laudant; quæ cùm reposcas, ut Tyrannum

τύραννον, καὶ οὐ καθαρὸν ἀποκαλοῦσιν. οἶδα δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πολλῷ κρεῖττόν ἐστιν ἰδιώτῃ δανείσαντα χρεωκοπεῖσθαι, ἢ πόλει· ὑπὸ ἰδιώτου μὲν γάρ τις ἀποστερούμενος, ἐχθρὸν ἕνα κέκτηται, καὶ τοῦτον ἀσθενῆ· ὑπὸ δὲ πόλεως, ζημιοῦται μὲν οὐδὲν ἧττον, ἐχθροὺς δὲ τοὺς πολλοὺς ἔχει, καὶ οὐχ ἕνα. οὐ μὴν καταγνοίην ὑμῶν τοιόνδε τι, ἀλλ᾽ ἀνυπόπτως δίδωμι τὰ χρήματα. τά τε γὰρ ἄλλα μνήμονας ὑμᾶς ἐπίσταμαι, καὶ περὶ τὰ συμβόλαια δικαιοτάτους, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦντας, ὅτι κατηγορία μᾶλλόν ἐστι πολλῶν ἀδικεῖν ἕνα, ἢ ἑνὸς ὑπὸ πολλῶν ἀδικεῖσθαι· οὐ γὰρ εἰκὸς ἕνα πολλῶν, πολλοὺς δ᾽ ἑνὸς καταφρονεῖν εὐλογώτερον.

πδ΄. Μεσσηνίοις.

Οὐκ ἠγνόουν, ὅτι πέμψαντός μου τοῖς παρ᾽ ὑμῖν θεοῖς ἀναθήματα, τρίποδάς τε Δελφικοὺς, καὶ στεφάνους χρυσοῦς, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ πολυτελῆ χαριστήρια τῆς σωτηρίας, δυεῖν θάτερον ποιήσετε, ἢ τοῖς θεοῖς εὐσεβοῦντες ἀναθήσετε, ἢ τούτοις ἀποστεροῦντες, αὐτοὶ διανεμεῖσθε, ὅπερ δεδράκατε.

Tyrannum, & impurum calumniantur. Scio autem quòd multò melius ſit à privato, quàm à civitate creditâ pecuniâ defraudari: qui enim à privato ſpoliatus eſt, unum tantùm habet inimicum, eumque imbecillem; qui à civitate, damno non minori afficitur, & pro uno plures habet inimicos. Sed nihil tale de vobis ſuſpicatus abſque metu pecuniam credo; nam in aliis vos memores eſſe ſcio, & in pactis juſtiſſimos: neque certè hoc ignoratis, quod falſa potiùs videatur multorum criminatio, unum *ipſos* injuriâ afficere; quàm unius, ſe à multis injuriâ affici: non enim plures ab uno, ſed à pluribus unum contemni veriſimile eſt.

84. *Meſſeniis.*

NOn ignorabam, cùm veſtris Diis anathemata, tripodas Delphicos, coronas aureas, aliaque multa & pretioſa pro ſalute dona mitterem, velle vos è duobus alterum facere, aut ea piè Diis conſecrare, aut illis defraudatis inter vos partiri, quod jam feciſtis.

κατε. προσποιησάμενοι γὰρ ἐμοὶ λοιδορεῖσθαι, ὡς τῶν ἀναθημάτων διὰ τὸν κτησάμενον οὐ καθαρῶν ὄντων, τοὺς θεοὺς ἱεροσυλήκατε. τί γὰρ διαφέρει, τὰ καθωσιωμένα περιασπάσαντας ἀπενεγκεῖν, ἢ τὰ κατωνομασμένα τοῖς θεοῖς; ἐκείνων γὰρ ἀμφότερα ἦν, καὶ οὐ τῶν πεπομφότων. ἡ μὲν οὖν παρ' ἐμοῦ χάρις εἰς τοὺς θεοὺς, καὶ ἡ παρ' ὑμῶν ἀσέβεια παντελής ἐστι· καὶ γὰρ ἐμὲ τὸν δεδωκότα, καὶ τοὺς ἁρπάσαντας ὑμᾶς, ἴσασιν. ἀρκεῖ δέ μοι τὸ, τῶν θεῶν οὐ λαβόντων, ἐναγεῖς ὑμᾶς ὁρᾷ γεγονότας, τῇ τῶν ἱεροσυληθέντων ὀργῇ. σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν αὐτὰ κέρδος ἡγήσασθε, προσωμολογήκατε μηδὲν εἶναι μυσαρὸν τῶν ἀπεσταλμένων· εἰ μὴ τὰ αὐτὰ κειμήλια διττὰς ἔχει τύχας, ἂν μὲν ὑμεῖς αὐτὰ διανέμησθε, τὰς ἀμείνους· ἂν δὲ τοῖς θεοῖς κομισθῶσι, τὰς χείρους. πρὸς δὲ τούτοις, ἑαυτοὺς ἐλέγχετε περιφανῶς ἠσεβηκότας· οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες, τὸ ψηφίσασθαι πολέμια εἶναι τὰ χρήματα, τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρουσιν· ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος, ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας· καὶ τὸ πάντων δεινότατον, τοὺς μὲν θεοὺς, ὡς

κακοὺς

ſtis. In me enim fictis uſi convitiis, muneribus quaſi ob donatorem impuris Deos ſacrilegi ſpoliaſtis. Quid enim intereſt an conſecrata, an Diis nominatim deſignata rapias? utraque enim eorum ſunt, non mittentium. Mea igitur in Deos religio, & veſtra impietas ſatis ſpectata eſt; nam & me, qui dedi, & vos, qui rapuiſtis, noverunt. Mihi autem ſufficit, cùm Dii non acceperint, vos eſſe læſorum iræ obnoxios. Inter alia enim, propter quæ illa pro lucro reputatis, unà confeſſi eſtis nihil eorum quæ miſſa ſunt pollutum eſſe; niſi fortè iidem theſauri diverſam ſortiantur conditionem, nempe ſi inter vos diſtributi ſint, meliorem; ſi Diis oblati, pejorem. Præterea vos manifeſtè arguitis voſmetipſos impietatis: Magiſtratus enim cauſam, cur hæc habita ſint hoſtium munera, in plebem transferunt; plebs vero in magiſtratus: & quod omnium eſt graviſſimum, Deos, uti

malos

κακοὺς ἀνθρώπους, προδότας ἂν γενέσθαι λέγετε, εἰ δῶρα παρὰ τυράννου λάβοιεν· τοὺς δὲ πολιτευομένους ἀγαθοὺς παρ' ὑμῖν, οἳ τρὶς καὶ οὐχ ἅπαξ Μεσσήνην, ὡς Ἀκράγαντα, μοὶ ὑπὸ χεῖρα πεποιήκεσαν, εἰ χρήματα αὐτοῖς αἰτοῦσι παρείμην, οὐ κολάζετε. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι κοινωνεῖτε τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, καὶ οὐ δύνασθε τοῖς αἰτίοις ἐλευθέρως ἐπεξελθεῖν· πάντες γὰρ ἔνοχοι δωροδοκίας εὑρεθήσεσθε. οὐ μὴν ἀλλ' ἐγὼ μέν, ἵνα μὴ δοκῶ περὶ τῶν ἀναθημάτων λέγειν, μήτε τῶν παρ' ἐμοὶ μεμενηκότων, μήτε τοῖς θεοῖς ἀνατεθειμένων, οὐδεμίαν ποιήσομαι φροντίδα. μετελεύσονται δὲ ὑμᾶς ἀξίως τῶν τετολμημένων οἱ σεσυλημένοι, καὶ περὶ ἐμοῦ, καὶ περὶ ὧν εἰς αὐτοὺς ἠσεβήκατε. ἔρρωσθε. τὸ δὲ ἔρρωσθε διπλῆν παρέμφασιν ἔχον, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, μὴ ἀγνοεῖτε ὅτι πρὸς τὸ χεῖρον γέγραπται.

πε'. Τιμώνακτι.

Νενίκηκα τῷ πολέμῳ Λεοντίνους. ἵνα δὲ τῇ λύπῃ διαρκέσῃς, καὶ μὴ πάντων ἀθρόως ἀκούσας ἀποκαρτερήσῃς,

malos homines, proditores esse dicitis, si dona à Tyranno accipiant. Bonos verò illos reipublicæ vestræ principes, qui non semel, sed jam tertiò Messanam, *pari jure* ac Agrigentum, in manus mihi traderent, si petentibus iis pecunias concederem, minimè plectitis. Vos nimirum ejusdem consilii participes, reos supplicio afficere non honestè potestis: omnes enim repetundarum arguemini. Verùm enimvero ut de donis taceam, neque eorum quæ apud me manent, neque eorum quæ Diis consecravi, ullam habebo curam. Spoliati autem Dii tum mei gratiâ, tum vestræ in eos impietatis dignas à vobis reposcent pœnas. Valere vos jubeo, quod cùm ambiguum sonet, & in bonam malamve partem accipi possit, in pejorem à me acceptum ne ignoretis.

85. *Timonacti.*

Leontinos prælio vici. Sed ut dolori par sis, & ne omnibus simul auditis teipsum suspendas,

σης, οὐκ ἔγραψά σοι περὶ τῶν ὅλων· ὅτι καὶ Ταυρομενίται καὶ Ζαγκλεῖς συμμαχήσαντες αὐτοῖς, εἰς τέλος νενίκηνται· οὐδ᾽ ὅτι, λαβὼν ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν ἑαλωκότων τάλαντα ἑκατὸν, ἀπελύτρωσα τοὺς αἰχμαλώτους. οὐ γὰρ ἐβουλόμην, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν εὐτυχημένων μοι προσαγγελίαν ἀπολλυμένου σου, τὸν οὐκ ὀρθῶς ὄντα, δοκεῖν ἄνθρωπον ἀνῃρηκέναι.

πϛ΄. Ἱέρωνι.

ΠΟλλὰ λέγειν ἔχων, καὶ κατὰ σοῦ, καὶ περὶ ἧς κατ᾽ ἐμοῦ πεφλυάρηκας ἐν Λεοντίνοις δημοκοπίας, οὐδὲν ἐρῶ περιωσότερον, πλὴν ὅτι κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει.

πζ΄. Ἀρισταινέτῳ.

ΟΥ λυπεῖ με τὸ γῆρας (οὐ γὰρ ἡ τῆς τυραννίδος ἰσχὺς γεγήρακεν, ἀλλὰ Φάλαρις) λυπεῖς δέ με σὺ λίαν ὑπερφοβούμενός μου. τὸ γὰρ εἱμαρμένον ἥξει, κἂν Ἀρισταίνετος μᾶλλον ἢ δεῖ φοβηθῇ.

Πολλῷ

das, omnia non ſcripſi: Tauromenitas nempe, & Zanclæos illis auxilia ferentes funditus à me ſuperatos eſſe; captivos autem, acceptis pro eorum redemptione centum talentis, jam dimiſſos. Nolui enim, te incredibili proſperitatis meæ famâ interfecto, hominem videri occidere, cùm revera homo non ſis.

86. *Hieroni.*

CUm multa habeam contra te dicenda, præſertim de iis quæ in ſeditione populari apud Leontinos effutiebas, nihil ampliùs dicam, quàm culicem elephanti Indico curæ non eſſe.

87. *Ariſtæneto.*

NOn mihi moleſta eſt ſenectus (Tyrannidis enim vis non conſenuit, ſed Phalaris) at tu moleſtus es, utpote nimiùm de me ſollicitus. Fatum enim, etiamſi Ariſtænetus plùs quam par eſt metuat, aderit tamen.

Multo

Πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστι, μὴ δεδοικότα
Παθεῖν τὸ μέλλον δεινὸν, ἢ δεδοικότα,

ἵνα σοι καὶ μετὰ παραδειγμάτων ποιητικῶν ἐπιστέλλω.

πη΄. Ἱμεραίοις.

ΗΜῖν μὲν, ὦ Ἱμεραῖοι, τὴν γνώμην τὴν ἑαυτῶν καὶ σφόδρα δήλην ἐποιήσατε, ὅτι ὑμῖν οὐδὲν διαφέρειν ἡγεῖσθε Φάλαριν ἐχθρὸν ἢ φίλον εἶναι. τὸ θεῖον δὲ καλῶς ἐποίησέ με, καὶ πείθομαι, ὅτι ἔχω ἰσχυρὸν παρ᾽ αὐτοῦ σύμβολον, τοῦ, ὅτι καὶ τἄλλα χωρήσει μοι κατὰ νοῦν. ἐγὼ δὲ Κόνωνα μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον ὑμῖν ἐπέστειλα, ἀποσφάξαι εὐθέως ἐκέλευσα, εἰδὼς πονηρὸν ὄντα, καὶ οὐδὲ γονεῖς αὐτῷ, οὐδὲ συγγενεῖς τῇ πόλει ὄντας. Δρωπίδην δὲ ὑμῖν ἀπέπεμψα, τιμήσας ὡς ἐνῆν· οὔτε γὰρ πονηρὸς ὑμῖν, οὔτε ἠδικηκὼς ἡμᾶς οὐδέν. περὶ δὲ Στησιχόρου βουλευσόμεθα.

πθ΄. Νεο-

Multo videtur satius, timentem nihil
Futura fata, quàm timentem, perpeti,

ut tibi exemplar aliquod è poëtis mittam.

88. *Himerensibus.*

NObis quidem, viri Himerenses, sententiam vestram abundè notam fecistis, censere vos *scilicet* nihil interesse, Phalaris hostis sit, an amicus. Bene autem nobis obsecundavit Deus, & videor mihi quasi certum ab illo pignus accepisse, cætera etiam juxta animi sententiam successura. Ego autem Cononem, sicut antea scripsi, interfici statim jussi, quòd improbum esse cognoscerem, & in urbe vestrâ neque parentes, neque cognatos habere. Dropidam verò, quoad fieri potuit, honoratum vobis remisi; quòd neque in vos pravus, neque in nos injuriosus fuisset. De Stesichoro autem deliberabimus.

89. *Neo-*

πθ΄. Νεολαΐδᾳ.

Οὐδὲν ἄχαρι βούλομαί σε παθεῖν ἀπ' ἐμοῦ· πλείω γὰρ εὑρίσκω σοι τὰ ἀγαθὰ πεπραγμένα, τῶν χειρόνων. διὸ καὶ τοῦτό σου τῶν βελτιόνων ἓν γενέσθω, τὸ μὴ προσαναγκάσαι με, τῷ χαλεπωτέρῳ τῆς ψυχῆς κατὰ σοῦ χρήσασθαι πάθει.

ϟ. Μνησικλεῖ.

Τῆς μὲν εὐτυχίας ὡς μάλιστα συνήδημεν ἀκούσαντες, εἰ καὶ σφόδρα σοι βουλομένῳ υἱὸν ποιήσασθαι θυγάτηρ ἐγένετο. καὶ νομίζομεν αὐτὴν τοσούτῳ ποθεινοτέραν ἔσεσθαί σοι, καθ' ὅσον ἀντὶ υἱοῦ γέγονεν. πέφυκε γὰρ θυγάτηρ μᾶλλον ἀρσένων παίδων περὶ πλείστου ποιεῖσθαι γονέας. τὰς δὲ δωρεὰς τὰς παρ' ἡμῶν τότε ἂν ἀσμένως δόξειας λαμβάνειν, ὅταν μὴ μόνον ἃ πέμπομεν προθύμως ἀποδέχῃ, ἀλλὰ καὶ ὧν δεῖ σοι, ἀγνοούντων ἡμῶν, ἐπιστέλλῃς. δεῖ δέ σοι καὶ πλειόνων ἤδη νυνὶ, καὶ πολυτελεστέρων διὰ τὴν θυγατέρα.

ϟα΄. Αλ-

89. *Neolaidæ.*

NOlo te acerbi quidpiam à me pati: plura enim te bene quàm malè fecisse comperio. Propterea & hoc ex iis quæ bene feceris unum sit, ne cogas me asperiori in te animi affectu uti.

90. *Mnesicli.*

FÆlicitati tuæ quàm maximè congratulamur, certiores facti tibi filium licèt vehementiùs optanti natam tamen filiam. Et eam tantò tibi chariorem fore arbitramur, quòd pro filio nata sit. Naturâ enim comparatum est, ut in parentes filio sit observantior filia. Tunc autem munera nostra libenter accipere videberis, cùm non solùm ea quæ misimus æquo animo receperis, sed ea etiam, quibus utrum indigeas ignoro, indicaveris. Nunc enim ob *natam tibi* filiam muneribus opus est & pluribus, & magis magnificis.

91. *Al-*

ϟα'. Ἀλκάνδρῳ.

ΜΗτε σὺ, μήτε ἄλλος ἀνθρώπων μηδεὶς, ἐμὲ καταδείσειν λόγοις μὲν ἴσως οἰέσθω, κἂν μηδὲν εἴπω, ἀλλὰ μηδὲ ἔργοις ἐλπιζέτω. καὶ πολέμων γὰρ ἔμπειρος ὢν, καὶ οὔτε ἐπ' ἀδίκοις, οὔτε παρὰ δύναμιν θρασυνόμενος, καὶ τοὺς καιροὺς, ῥοπὰς ἀγχιστρόφους καὶ ἑτεροκλινεῖς εἰδὼς ἔχοντας, ἔτι δὲ τὰς τύχας ἀβεβαίους, εἰπεῖν μᾶλλον ἱκανώτερος πεφυκὼς ἢ ἀκοῦσαι, θάῤῥος μὲν ἐπ' ἐμαυτῷ, ὅσον οὐδεὶς τῶν ὄντων. πιστεύω δὲ τῷ δαίμονι, πρὸς μηδένα τῶν ἀδικησάντων ἔλαττον σχήσειν. ἔχω γὰρ παρ' αὐτοῦ πίστιν ἰσχυρὰν, τὸ πάντας ὑφ' ἡμᾶς ποιῆσαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

ϟβ'. Στησιχόρῳ.

ΑΚούω σε καὶ εἰς Ἀλούντιον παρεληλυθέναι, καὶ εἰς Ἄλαισαν, καὶ χρήματα ἀγείρειν, καὶ στρατιώτας παραλαμβάνειν, πέμποντα κατὰ τὰς πόλεις, καὶ ταῦτα

91. *Alcandro.*

COnticuerim licèt, tamen neque tu, neque alius quisquam mihi terrorem verbis se inferre posse, imò nec factis speret. Ego enim bellandi peritus, cùm nihil quod aut injustum est, aut supra vires audentiùs aggressus fuerim, cùm opportunitates dubias atque instabiles, nec non fortunæ inconstantiam satis noverim, *adeoque mihi de his aliquid* docendum potiùs quàm audiendum putem, fiduciam quidem, quantam nemo alius, in me pono. Spondeo autem Deo fretus me nemine, qui mihi injurius sit, inferiorem fore. Firmiter enim illi fido, ipsum omnes mihi insidiantes in potestatem meam redacturum.

92. *Stesichoro.*

AUdio te Aluntium venisse atq; Alæsam, nec non oppidatim & pecunias colligere, & milites conscribere, *omnia*que hæc

ταῦτα συντάττειν ἐφ' ἡμᾶς. οὐκ ἄρα Στησίχορε παύσῃ τῆς ἀκρασίας τοῦ πολιτεύεσθαι τηλικοῦτος γέρων; οὐδὲ αἰσχύνῃ τὰς θεάς, ὧν ζηλωτὴς μὲν εἶναι προσποιῇ· λυμαίνῃ δὲ αὐτάς, ἐν οἷς πολιτεύῃ πρὸς ἄνδρας ἀμείνους; οὐδὲ ἐλεεῖς τοὺς παῖδας, οὐ πολὺ ἀποδέοντας ἄνδρας εἶναι ἤδη; ἀλλὰ προπετὴς εἶ ἀκμήν, γέρων ὢν στρατιώτας ἔχειν, καὶ χρήματα ἀγείρειν ἐθέλων, μέλλων αὐτοῖς ἐχθρὸν ἐπιτειχίσειν οὕτω βαρύν, ὃς αὐτοὺς ἐκτρίψω πίτυος δίκην; καὶ τοὺς μὲν τῶν Ἀχαιῶν νόστους πυνθάνομαί σε συγγράφειν, καί τισι τῶν ἡρώων ἐκείνων ἀβουλίαν ἐπιτιμᾶν ἱκανῶς. ὅπως δὲ αὐτὸς ἀπονοστήσῃς ἀπαθὴς ἐξ Ἀλαίσης εἰς Ἱμέραν, οὐδὲν φροντίζεις. ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι μένουσί σε καὶ αἱ Καφηρείδες πέτραι, καὶ πλαγκταί, καὶ Χάρυβδις, καὶ ὁ Ναύπλιος στόλος. καὶ οὐκ ἂν ἐκφύγῃς ὅλως τὰς ἐμὰς χεῖρας, οὐδ' ἂν εἰ θεός σέ τις (καθ' ὑμᾶς τοὺς ποιητὰς) ἀϊστώσῃ.

ϟγ'. Ἱμε-

hæc contra nos parare. Nondum ergo cessas Stesichore ab illâ rempubl. gerendi vecordiâ ætate adeo provectus? Neque Deas, quarum te cultorem simulas, revereris; eas autem quasi ludibrio exponis, dum ad instruendam contra viros potentiores rempublicam *ipsarum ope niteris?* Neque liberos jam prope adultos respicis? Verùm ita temerarius es, ut comparatis militibus, collectisque pecuniis hostem ita gravem lacessas, qui eos in arundinis modum conteret. Audio etiam te Græcorum reditus versu describere, & nonnullis eorum Heroibus temeritatem exprobrare. Minimè interim curas, quomodo ex Alæsâ Himeram tu ipse illæsus redeas. Scias autem manere te Capharidas scopulos, Symplegadas, Charybdim, & Nauplii apparatum: neque è manibus nostris omnino effugies, etiamsi te (quod vos poëtæ persuasum habetis) Deus aliquis evanescere faciat.

93. *Hime-*

ϙγʹ. Ἱμεραίοις.

Ἀπελύσαμεν Στησίχορον, ὦ Ἱμεραῖοι, παρέντες αὐτῷ τῶν πεπολιτευμένων πρὸς ἡμᾶς τὰς αἰτίας, οὐ δι' ὑμᾶς ἀξιοῦντας (ὡς ὑμῶν γε ἕνεκα κἂν ἀπολώλει πολλάκις, οὐχ ἅπαξ) ἀλλὰ ταῖς θεαῖς αὐτὸν ἀφήκαμεν, αἷς ἐστι κατάσχετος, καὶ ὅσοι ἔχουσι τὴν Ἱμεραίων γῆν θεοί τε καὶ ἥρωες. οὐδὲν γὰρ ἔχω ἐκείνοις ἐγκαλεῖν, εἰ καὶ ὑμῖν πάνυ πολλά. καὶ αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς ἴστε, οἷα ἐπεχείρησε ποιῆσαι κακά· ἀλλ' ᾐδέσθην ἱερὸν ἄνδρα, καὶ κατὰ σοφίαν εὐκλεᾶ, καὶ ταῖς μούσαις ὡς ἀληθῶς καταπεπιστευμένον, συγκατατάξαι τῷ πόρνῳ καὶ βδελυρῷ Κόνωνι, καὶ βιάσασθαι ἀποθανεῖν· ὡς εἴθε γε καὶ τὴν μοῖραν ἐπέχειν τῶν τοιούτων ἐμήν. καὶ ὑμῖν δὲ ἐπισκήπτω λιπαρῶς ὡς οἷόν τε, ὦ Ἱμεραῖοι, μὴ κατασύρειν αὐτὸν εἰς ἐκμελῆ καὶ ἀπῳδὰ τῶν ἐσχάτων αὖθις πολιτευμάτων. καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς ἑκὼν παραδίδωσιν ἑαυτὸν (ὡς πυνθάνομαι παρὰ τῶν εἰς Ἀλαισὰν ἀφικνουμένων) ἀλλ' ἥττων ὢν τῆς ὑμετέρας ἀγνωμοσύνης καὶ βίας·

93. *Himerenſibus.*

Vide Epiſt. 108.

Liberavimus Steſichorum, ô Himerenſes, remiſsâ illi, quamcunque mihi in rebus adminiſtrandis attulerit, injuriâ; quin minime ob preces veſtras (veſtrûm quippe gratiâ non ſemel, ſed ſæpius perierat) verùm Deabus quibus devotus eſt, cæteriſque Diis ac Heroibus Himeram incolentibus tutum dimiſi. Nihil enim habeo quod illis objiciam, multa autem quæ vobis. Quanta in me mala inſtruxerit, vos ipſi nimiùm intelligitis: ſed mihi religio fuit ſacrum virum, ſapientiâ celebrem, Muſiſque revera addictum, eodem cum turpi illo ſcortatore Conone loco habitum pari ſupplicio mulctare; imò utinam in me eſſet hujuſmodi viros morti penitus eripere. Vos autem vehementiùs jubeo, ne illum ad abſurda illa, qualia nuperrimè machinatus eſt, conſilia *iterum* inſtigetis; ad hæc enim (quantum ex iis, qui Alæſam venerunt, audio) ſe non ultro contulit, ſed veſtræ ſuccubuit temeritati atque

βίας· παύσασθε οὖν βιαζόμενοι αὐτὸν, καὶ λήξασθε τοῖς ἐπιτηδειοτέροις· Στησίχορον δὲ ἄνετον εἶναι, καὶ σχολάζειν πρὸς τῇ λύρᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἄφετε· καὶ μὴ ὁμοίους ἐμοὶ ἐχθροὺς αὐτῷ κατασκευάζετε, οὐχ ὁμοίως ἴσως αὐτῷ προσοισομένους. εἰ δὲ δεῖσθε πάντως τῶν προσπολιτευομένων, προχειρίσασθε τοιούτους ἑτέρους ἐξ ὑμῶν τινὰς, οὓς ἐγὼ λαβὼν, ὡς ἂν μοι φίλον ᾖ, καὶ πρὸς ὑμᾶς τύχω κεχαρισμένος, μετ' οὐδεμιᾶς δεισιδαιμονίας καταχρήσομαι.

ζδ'. Στησιχόρῳ.

ΤΥραννοῦμεν, ὦ Στησίχορε, καὶ οὐχ Ιμεραίων, ἀλλὰ Ακραγαντίνων. ὥστε σοι πολλὴν εἰδέναι χάριν, ὅτι ἀφελόμενος ἡμᾶς ἐλάσσω ἀρχὴν, τὴν μείζω δέδωκας. εὖ μὲν τοι ἴσθι, ὅτι καὶ τοῦ ἐν Ακράγαντι ἄρχοντες, τοὺς ἐν Ιμέρᾳ ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι δυνησόμεθα.

ζε'. Αυ-

violentiæ: illum itaque *ad hæc* vi impellere desinatis, *alios*que adhibete *hujusmodi rebus* magis idoneos; Stesichorum verò missum facite, & permittite illum suæ vacare lyræ; neque inimicos illi similes in me excitate, non similiter fortasse *à me* tractandos. Quòd si planè desint vobis qui rempublicam gerant, tales è vobis deligite, quales cùm cepero, prout mihi placuerit, & vobis etiam gratum sit, sine ullâ superstitione interficiam.

94. *Stesichoro.*

TYranni sumus, Stesichore, non Himerensium quidem, sed tamen Agrigentinorum. Quare maximam tibi habeo-gratiam, quòd cùm mihi minus imperium auferre volueris, majus dederis. Noris enim *expertus* Agrigenti nos imperare, & posse simul quos Himeræ habeo hostes ulcisci.

95. *Au-*

ϛε΄. Αὐτονόῃ.

Ἔπεμψά σοι τὸ ἀργύριον, οὐδ' ὅσον ὑπαναβαλλόμενος, μετὰ τὸ λαβεῖν τὰ γράμματα· νομίζων οὐ χάριτος εἶναι τὸν καιρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τάχους. τρία μὲν οὖν τάλαντα, ὡς ἠξίους, ἐπεδώκαμεν, ὅπως καταθεμένη τὴν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ζημίαν, λύσῃς τὰς φυγὰς αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἀλητεύῃ· πείρᾳ γὰρ οἴδαμεν τὴν τοῦ φεύγειν ἀτυχίαν, ὅσον ἐστὶ κακόν· τρία δὲ παρ' ἑαυτῶν ἀπεστείλαμεν, ἵνα τὰ δημιόπρατα τῆς οὐσίας παραλάβῃς. παραινῶ δὲ τοῦ λοιποῦ τῷ Κλεισθένει, πολιτείας ἀπέχεσθαι· καὶ μὴ τοιαύτας αἱρεῖσθαι πραγματείας, ἐν αἷς αἱ μὲν ὠφέλειαι πάσης γίνονται τῆς πόλεως, αἱ βλάβαι δὲ ἴδιαι τῶν προεστηκότων. καὶ εἰ τὰ οἰκεῖα μὴ οἷά τε σωφρονίζειν ἑαυτὸν, τοῖς ἐμοῖς παραδείγμασιν, ἀνεψιάδου πρὸς μητρὸς ὄντος, χρήσθω. ὅτι κἀγὼ διὰ πολιτείας ἄνοιαν ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, οὐδὲ τύραννος ὢν ἴσχυκα κατελθεῖν. οὐδὲν δὲ τερπνὸν οὕτως ἡγοῦμαι τῆς ἀρχῆς, ὡς ἀνιαρὸν τὸ φεύγειν τὴν πατρίδα. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐπιστέλλω (μὰ τοὺς θεοὺς)

95. *Autonoæ.*

Vide Ep. 77. *&* 110.

POst acceptas literas ne tantillùm quidem moratus, tibi argentum misi; quippe qui non beneficium solùm, sed & celeritatem opportunam censuerim. Tibi itaque, quemadmodum petebas, tria talenta donavimus, ut, solutâ pro filio mulctâ, eum ab exilio liberes, ne ampliùs erro vagetur; experti enim scimus quanta sit exilii calamitas: tria autem alia seorsim misimus, quibus publicata recuperes bona. Cæterùm moneo Clisthenem, ut à republicâ gerendâ abstineat; neque ejusmodi se implicet negotiis, quorum emolumenta universæ civitatis *communia* sunt, incommoda verò gubernatorum propria: sin ipsum sua *infortunia* erudire non possint, meo, qui *illi* à matre consobrinus sum, exemplo utatur. Ego enim ob populi tractandi inscitiam patriâ pulsus, ne Tyrannus quidem cùm sim, redire possum. Non autem censeo Tyrannidem tantum habere jucundi, quantum acerbi exilium. Hæc vobis scribo (per Deos)

θεοὺς) οὐκ ἐφ' οἷς δέδωκα ἀλγῶν, ἀλλ' ἐφ' οἷς πεπόνθατε ἀνιώμενος· οὐδ' ὅπως μὴ πάλιν ποτὲ δῶ, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰς μηδὲν κακὸν ἀξιώσητε λαβεῖν. ἐγὼ δὲ, εἰς εὐτυχίας αἰτούμενος ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων, καὶ προθυμότερον καὶ πολυτελέστερον χαρίζομαι.

ϛϛʹ. Νικοφήμῳ.

Οὓς ἐν Λεοντίνοις κατελέγου δημαγωγῶν κατῳκισθέντας ἀπολέσθαι οἰκτίστως, ἐπιβουλεύσαντας ἀπωλέσαμεν. καὶ οὐδὲ τοῦτο αἰσθάνῃ, ὅτι τοὺς ὑπ' ἐμοῦ τιμωρηθέντας παραφέρων, οὐ μόνον αὐτὸς ἐπιβουλεύεις ἐμοὶ, τοιαῦτα ἔχων παραδείγματα, ἀλλὰ καὶ Λεοντίνους πολεμεῖν ἀναγκάζων, ὀκνηροτέρους ποιεῖς, ὅτι πρὸς τοιοῦτον ἐχθρὸν ἀδικοῦντες πολέμου ἄρξουσιν. ἀμήχανον γὰρ τὸν αὐτὸν καὶ μισεῖσθαι διὰ χαλεπότητα, καὶ καταφρονεῖσθαι ἐπὶ μαλακίᾳ. εἴπερ ἀπέβη τὸ δόξαν, ἐπὶ τοιούτοις ἄθλοις οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

ϛζʹ. Λυ-

Deos) non quòd ob ea quæ ego dedi, ſed quæ vos paſſi eſtis, doleam : neque timeo ne aliquando in poſterum donem, ſed ne vos ob infortunia rogetis. Ego enim amicis, quò res iis magis ſecundæ ſunt, eò libentiùs magnificentiùſque impendo.

96. Nicophemo.

QUos in oratione apud Leontinos habitâ tormentis meis crudeliter interfectos enumeraſti, eos, ob ſtructas contra nos inſidias, interfecimus. At tu hoc non ſentis, quòd, dum à me punitos in medium profers, non ſolùm mihi inſidias ejuſmodi uſus exemplis ipſe ſtruas, verùm etiam Leontinos, quos ad bellum hortaris, ſegniores reddas, quòd adverſus iſtiuſmodi hoſtem injuſtè bellum ſint ſuſcepturi. Neque enim fieri poteſt, ut idem ob ſævitiam odio ſit, & contemptui ob mollitiem. Si quod ſperas contigerit, neque præmia iſta tibi invidemus, neque, quò minùs ad illa obtinenda *ulteriùs* contendas, dehortamur.

97. *Ly-*

ϟζʹ. Λυσίνῳ.

ΟΥ παύσῃ τῆς ἀβουλίας, ἀμαθέστατε Λυσῖνε; οὐδὲ φείσῃ σεαυτοῦ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς, βαρυτέρους ἐχθροὺς, ἢ δυνήσῃ μετὰ πολλῶν ἄλλων τοιούτων φέρειν, πειρώμενος; ἀλλ' ἔτι καὶ τραγῳδίας εἰς ἐμὲ γράφεις, ὡς ἀνιασομένου; τὰ δὲ ἀποτελέσματά σοι δεινότερα πάσης τραγῳδίας φυλάξῃ μὴ γίνεσθαι.

ϟηʹ. Ἐπιχάρμῳ.

ΑΡκεῖς μόνος δικαίους ἡμᾶς νομίζων, κἂν μηδεὶς ἄλλος λέγοντί σοι πείθηται. εἷς γὰρ ἀνὴρ ἐμοὶ τοιοῦτος ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον. τὸ δὲ ἀνεξέταστον πλῆθος, ἐρημίας ὑπειλήφαμεν ἀναπλήρωμα· ὑφ' οὗ καὶ τὸ ἀγνοεῖσθαι, καὶ μὴ χρηστοτέρους δοκεῖν ἢ ἐσμὲν, τάχα οὐκ ἀνωφελές. πολλοὺς μὲν ἔχεις ὁμοίους σεαυτῷ (τὴν γὰρ ἀρετὴν τῶν ὄντων, οὐ τὸν ἀριθμὸν σκοπούμεθα) μεθ' ὧν ἔγνωκας ἡμᾶς

97. *Lysino.*

NOndum ergo temeritati tuæ modum ponis, imprudentissime Lysine? neque tibi tricesimum *jam* annum agenti consulis? quin graviores in te hostes provocas, quàm tu,& complures tui similes sustinere possitis? adhuc etiam carmina in me & Tragœdias, quasi hæc me moverent, scribis? Caveas *moneo*, ne te exitus quavis Tragœdiâ atrociores maneant.

98. *Epicharmo.*

SAtis est quòd me tu solus justum existimes, tibi licèt ita dicenti alius credat nemo. Unus enim ejusmodi vir mihi est instar universæ Siciliæ: promiscuum autem vulgus *nihil aliud* ducimus, *nisi* solitudinis explementum; à quo ignorari nos, neque meliores quàm sumus videri, fortasse nihil nocebit. Multos quidem habes tui similes (hominum enim virtutem,non numerum spectamus) quibuscum unà honestum me

ἡμᾶς καλοὺς κἀγαθούς· εἰ μὲν τοι καὶ μόνος ἦσθα, ἐπλουτοῦμεν μαρτύρων, καὶ πλειόνων οὐ προσεδεόμεθα ἐπαίνων.

ϟθ΄. Κέβρωνι.

ΤΙ δή ποτε ὦ θαυμάζοντές με τῶν τρόπων, ὡς δειναῖς χρώμενον αἰκίαις, τοὺς ἐπιχειροῦντας ἐξ ὑμῶν τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐξέπληξαν; ἀλλὰ τὰς μὲν τύχας ὀλοφύρεσθε τῶν τιμωρηθέντων, συμβούλους δ' αὐτοὺς οὐ ποιεῖσθε, μὴ ἀδικεῖν Φάλαριν. ἄμεινον μὲν οὖν κἀμοὶ ἦν, μὴ καθίστασθαι εἰς τοιαύτης ἀμύνης ἀνάγκην· λυσιτελέστερον δὲ ὑμῖν, τὸ μὴ χρῆσθαι τῇ προπετείᾳ κατὰ πάντα. ἔπειτά τε ὡς ἐμοὶ ὁ τρόπος εὐνοουμένῳ τί ποτ' ἂν ἐπράξατε, εἰ μὴ τοιοῦτος ἐγενόμην ἔγωγε περὶ τὰς τιμωρίας; ὁπότε μηδὲν ἐλπίζοντες πείσεσθαι μέτριον, ἐμπεριβάλλεσθε αὐτοῖς. ἔστιν οὖν ἐμὲ παῦσαι τῆς ὠμότητος, ἐὰν αὐτοὶ πρότεροι παύσησθε ἀδικίας.

ρ΄. Εὐκλῆ-

me atque probum censes: at solus licèt esses, mihi in *probitatis* testimonium abunde sufficeres, nec ampliores desiderarem laudes.

99. *Cebroni.*

QUi ingenium meum, quòd gravioribus utar tormentis, adeo mirantur, cur non eos è vobis, qui mihi insidias struunt, hoc ipso *argumento* deterrent? quin eorum quidem, qui cruciati sunt, vicem deploratis, eosdem verò, quò minùs Phalarin injuriâ afficiatis, nequaquam consulitis. Profectò & mihi melius esset ad istiusmodi supplicia non cogi, & vobis commodius istâ in omnibus temeritate non uti. Si mitiori essem ingenio, talemque me in pœnis erogandis non gererem, quid est tandem quod non essetis aggressi? cùm etiam nunc, dum nulla vobis mediocris pœnæ spes est, ad eam tamen præcipites festinetis. Lubet itaque mihi à sævitiâ cessare, si vos priùs ab injuriâ cessaveritis.

100. *Eucle-*

ρ'. Ευκλήμονι.

ΟΥδὲν ἔψευσαι τῶν ἐπ' ἐμοὶ διαβολῶν. καὶ γὰρ αὐτὸς πάνθ', ὡς κατηγορεῖς ἐν Συρακουσίοις, ὁμολογῶ. ἀλλ' εἰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐγώ τε τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς εἰς ἐμαυτὸν ἁμαρτάνοντας, οὐκ ἐφ' οἷς εἰκὸς τὸν παθόντα συγγνῶναι ἐφειδόμην, καὶ ὑμεῖς τοῦ προπετῶς οὕτως κἀμοὶ καὶ ἑαυτοῖς εἰς ἀνήκεστα ἐπιβουλεύειν· οὐδεὶς ἂν οὔτε ἐμοῦ κατηγόρησεν ὡς ἔκθεσμα δρῶντος, οὔθ' ὑμᾶς ὡς ἀνίατα πάσχοντας ᾠκτίζετο.

ρα'. Κλεοβούλῳ.

ΟΥ πείθονταί σοι Καμαριναῖοι, τὸν πρὸς ἐμὲ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, σφόδρα πολλὰ ἑκάστης ἐκκλησίας ποιοῦντι· καλῶς γὰρ ἴσασι πόλεμον ἔργοις, οὐ λόγοις δημηγόρων κατορθούμενον. ὥστε εἰ βούλει πολεμεῖν αὐτοὺς, τὰ ἀποτελέσματα δεῖξον τῇ γνώμῃ συνοίσοντα. ἂν μέν τοι μηδ' οὕτως ὑπακούσωσι, μεταβαλλόμενος τἀναντία παραίνει· καὶ τάχα ἂν τούτῳ περιγένοιο τῷ τρόπῳ, ὧν βεβούλησαι.

100. *Euctemoni.*

IN istis contra me calumniis nihil mentitus es. Imò omnia, quorum me apud Syracusanos accusas, ultro confiteor. Sin & ego pariter ab iis, qui ita in me deliquerunt ut nullâ veniâ digni sint, puniendis abstinerem, & vos à tam nefariis in me atque vosmetipsos consiliis; neque me ut nefaria agentem quisquam posset acccusare, neque vos tanquam crudelia passos misereri.

101. *Cleobulo.*

Vide Epist. 75.

TIbi Camarinenses non parent multa licèt in singulis concionibus urgenti, ut bellum contra me suscipiant: quippe qui probè norint bellum præclare factis, non pulchrè dictis administrari. Quare si eos ad bellum excitare velis, sententiæ tuæ eventum benè responsurum ostendas. Quòd si ne ita quidem tibi morem gerant, mutatâ sententiâ contrarium suadeas; & hoc modo fortasse consequêris, quæ affectas.

βούλησαι. δυεῖν γὰρ θάτερον ἐν τῷ παρόντι, ἢ τὴν γνώμην ἀσύμφορον, ἢ τὸν συμβουλεύοντα οὐδενὸς ἄξιον ἡγοῦνται. ἐγὼ μὲν γὰρ οἴομαι ἑκάτερα. εὖ μέντοι ἴσθι καὶ τὰ ἐνθάδε, ὡς οὐ λόγοις ἀπράκτοις ἀμυνούμεθά σε, οἷς εἰς ἡμᾶς ἀρχὴν δοκεῖς ἀδικίας, ἀλλ᾽ ἔργοις· ὧν ὁ πειραθέντες, οὐκέτι αὖθις ἐπεβούλευσε. ταῦτα εἰδότες Καμαριναῖοι οὐ βούλονται πεῖραν λαβεῖν ὀργιζομένου Φαλάριδος. χαριζόμενος γὰρ αὐτοῖς ἡδίων ἔδοξα.

ρβʹ. Κλεοδίκῳ.

ΠΟλὺ δεινὰ βεβούλευσαι κατ᾽ ἐμοῦ, Κλεόδικε, παρὰ τὴν ὑπάρχουσάν σου δύναμιν. πόθεν γάρ σοι τὸ ἐλπίσαι κακῶς ποιῆσαι Φάλαριν χαριζομένῳ τῇ τοῦ Θρᾳκὸς τοῦ βυρσοδέψου θυγατριδῇ, Αὐτάνδρου δὲ γυναικί, τοῦ τὸν δεσπότην ἑαυτοῦ κτείναντος, ἐξ οὗ οὕτω πλουτῆσαι αὐτῷ συνέβη, καὶ παρὰ τοὺς τῆς φύσεως νόμους ἐνυβρικότι. οὐ μὴν εἰς τοῦτό γε παραχθήσομαι τῆς ὀργῆς, ὥστε τὰ σοὶ πεπραγμένα λόγῳ διεξελθεῖν.

ἐὰν

fectas. Jam enim è duobus alterum, aut consilium perniciosum, aut *ipsum* consiliarium nullius *pretii* censent. Ego utrumque credo. Hoc autem scias, quòd te ulciscemur non inanibus verbis, quibus contra nos injurias auspicari videris, sed factis; quæ qui experti sunt non iterum insidias struunt. Cum hoc cognitum habeant Camarinenses, iratum Phalaridem experiri nolunt. Jucundior enim illis videbor, dum benevolus.

102. *Cleodico.*

IN me nefaria admodum, quæque tuas, Cleonice, vires superant machinatus es. Unde enim speras te posse Phalaridi malum inferre? *Te, inquam,* qui *isti* Thracis coriarii cujusdam nepti, Autandri autem (qui dominum suum interfecit, & præter naturæ leges crimine tam insolenti divitias sibi comparavit) uxori obsequeris. Non autem eousque me abripiet ira, ut facinora tua oratione percurram.

Si

ἐὰν γάρ σε ἄξιον ἀμύνης ἡγησώμεθα, οὐκ ἐν λόγοις βουλησόμεθα μόνον, ἀλλ᾽ ἐν ἔργοις δυνησόμεθα, ἅπερ εἰς ἡμᾶς ὠρέχθης ἐξαμαρτάνειν, εἰς κεφαλήν σοί τε καὶ τῷ σῷ γένει τρέψαι.

ργ΄. Τοῖς Στησιχόρου παισίν.

ΤΟῦ μὲν πένθους, τίνα ἄν τις ἄλλην ἱκανωτέραν ὑμῖν παράκλησιν εἰσενέγκοιτο, παῖδες, ἢ τὴν ἀρετὴν τοῦ γονέως, ἐφ᾽ ᾧ γε τὸ πένθος φέρεσθε; οὐ γὰρ δακρύεσθαι τὰ Στησιχόρου πρέπον, ἀλλ᾽ ὑμνεῖσθαι. καὶ καθόλου μὲν οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὑμᾶς, οὔτε θρήνους, οὔτε αἰκισμοὺς προσφέρεσθαι σωμάτων, οὐχ ὅτι οὐ κοινὰ ταῦτα πάθη κατηναγκασμένα παρέπεται πᾶσιν, ἀλλ᾽ ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις, ὧν οὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας, ἀλλ᾽ ὁ βίος ἔχει. μᾶλλον δὲ τούτοις ἐστὶ δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος, οὐ Στησιχόρῳ, ζήσαντι μὲν ἔτη τοσαῦτα, σὺν ταῖς ἁγνωτάταις θεαῖς, ἐν χοροῖς καὶ μέλεσι μουσῶν, ὀνομασθησομένῳ δὲ ἐπὶ τιμαῖς καὶ στεφάνοις. ὁμολογουμένως γὰρ οὔτε

παρ᾽

Si enim te vindictâ dignum censuerim, non verbis solùm vellem, sed & factis possem ea, quæ in nos peccare voluisti, in tuum tuique generis exitium vertere.

103. *Stesichori liberis.*

LUctûs vestri quis magis idoneum afferat levamen quàm patris, ob quem in luctum hunc incidistis, virtutem? Stesichorum enim non fletu prosequi, sed hymnis decet. Ut verbo dicam, nollem vos aut lachrymis indulgere, aut pectora manibus percutere, non quin necesse sit usitatos hos affectus plerosque mortales vulgò sequi, sed quia istiusmodi *lamenta* miseris conveniant, quorum vita potiùs quàm mors deploranda est. Horum, *inquam*, interitus merito defletur, non Stesichori, qui inter castissimas Deas versatus Musarum choris carminibusque tot annos dedit, cujus nomen ob honores & coronas, *quas meruit*, celebre erit. Certè enim neque

L apud

παρ' ἡμῖν, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεῖζον. ἡ γὰρ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα, πρὸς τὸ πᾶν οὖσα, αὕτη, καὶ οὐχ ἑτέρα τις ἐμοί γε εἶναι δοκεῖ. ὥστε, ὦ παῖδες μεγάλου καὶ ὑπερφυοῦς πατρὸς, φρονήσαιτε ἄξια τοῦ τεκνώσαντος. οὐ γὰρ μικρὸς ὑμῖν ἀγὼν, μὴ πολὺ καταδεεστέροις ἐκείνου ὑμᾶς γενέσθαι. πενθεῖτε δὲ μηδαμῶς εὐτυχῆ μοῖραν ἥρωος οὐχ ἑνὶ μακαρισθησομένην χρόνῳ, παντὶ δὲ αἰῶνι. μηδὲ τῶν τιμῶν, ἃς ψηφίζονται ὡς ἐπὶ θεῷ Ἱμεραῖοι, τὸ λαμπρότατον ὑφαιρεῖσθε, τὴν δόξαν. οὐ γὰρ ἐκεῖνός γε, (ὃν ἡμεῖς ἴσμεν) ἠχθέσθη θανάτου προθεσμίᾳ συναιρουμένου· ἀλλὰ τῶν ἡρώων τοὺς γενναιοτάτους, ἐπεὶ περὶ δόξης ἔθνησκον, ἐν τοῖς καλλίστοις ποιήμασιν ὑμνήσας (ἅπερ ὑμῖν χρήματα μὲν τοῦ παντὸς ἐστὶν ἄξια, παραδείγματα δὲ βίου σωφρονέστατα) αὐτὸς, ὁπότ' ἧκεν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, ἀπτοήτως ἔθνησκεν. εὖ γὰρ ἴστε, ὦ παῖδες· οὐ γὰρ ὑφ' ἡμῖν γενόμενος

ἐχθροῖς

apud nos, neque apud alios *studiis hisce quicquam est* illustrius. Immortalis quippe Dei vis, quæ per universum diffunditur, mihi nihil nisi hæc ipsa *harmonia* videtur. Quare, ô magni & præstantissimi patris liberi, digna patre sapiatis. Non enim exiguum erit vobis certamen, ut illum longo licèt intervallo sequamini. Nequaquam autem lugete fælicem herois sortem, quæ non in unum sæculum, sed omnem æternitatē beata prædicabitur. Neque ex honoribus, quos *illi* tanquam Deo decernunt Himerenses, splendidissimum omnium detrahatis, *futuri nominis* famam. Neque enim ille (quantum nos scimus) ægrè tulit mortem sibi destinatâ die obvenientem: sed cùm in clarissimis poëmatibus (quæ vobis sunt instar maximi pretii, prudentissimaque vivendi exempla) fortissimos heroas pro gloriâ morientes laudasset, ipse etiam, cùm tandem adveniret fatum, intrepidus discessit. Hoc quidem vos compertum habetis: cum enim in nostram illi

inimicam

ἐχθροῖς οὖσιν, ἔδεισεν, οὐδὲ ὡς δεινόν τι πείσεσθαι μέλλων ἐπεκλάσθη· πολὺ δὲ γενναιότερος αἰχμάλωτος ἡμῖν ἦν, ἢ ἀντίπαλος. ἡττήθη γοῦν τὰ πικρὰ τῆς τυραννίδος ὑπὸ σοφίας, οὐδ' ὁποῖον ἔχοντός μου δρᾶσαι κατ' αὐτοῦ δεινόν· ὃ γὰρ ἔδρων, ἐχαριζόμην. ἐγὼ δὲ μυρίοις πόνοις προθυμηθεὶς ἑλεῖν, ἐπεὶ τούτου περιεγενόμην, οὐδὲν ἔργον ἕτερον (αἱρεθεὶς ὑπὸ τούτου μᾶλλον) ἢ χάριν εἰδέναι, κἂν εὐεργεσίαν παρ' ἡμῶν ἐθελήσῃ λαμβάνειν. ἐφ' ᾧ οὐδ' ὀφείλεσθαι χάριν ἐμαυτῷ νομίζω, περιποιησάμενος εἰς δώδεκα μάλιστα αὐτὸν ἔτη (τοσαῦτα γὰρ ἐστιν, ἃ προσβεβίωκεν) ἐγὼ δὲ ὀφείλειν, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα προσεπέῤῥωσεν ἡμᾶς, καὶ θανάτου καταφρονῆσαι μόνος ἀνθρώπων ἔπεισεν.

ρδ'. Καταναίοις.

ΥΜεῖς μὲν ἴσως ἐμαυτῷ πλεονάζουσας δοκεῖτε ποινὰς τετικέναι, ὧν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς παρῳνομήσατε· ἀντὶ μὲν ἀνδρῶν τριάκοντα,

inimicam poteſtatem veniſſet, nihil timuit, neque quaſi dirum quicquam paſſurus animo fractus eſt: ſed generoſior fuit apud nos captivus, quàm hoſtis. Tyrannidis itaque acerbitatem vicit ſapientia, neque quicquam in eum crudele facere potui: quicquid enim feci, illi in beneficium ceſſit. Ego autem cùm infinitis prope laboribus eum prehendere ſtuduiſſem, poſtquam hoc conſecutus ſum, nihil aliud potui (captus ab illo potiùs) quàm gratiam illi referre, ſi quidem aliquod à nobis beneficium accipere dignaretur. Nullas propterea gratias mihi deberi puto, etiamſi per hos duodecim annos (tot enim poſtea vixit) hoc in eum animo tuerim; ſed me potiùs *illi* debere, quòd tum in aliis nos corroborarit, tum mortem contemnere ſolus mortalium perſuaſerit.

104. *Catanenſibus.*

ARbitramini fortaſſe vos ſatis ſuperq; pœnarum mihi dediſſe ob injurias quibus me meoſq; affeciſtis: quòd pro triginta

τα, ὧν ἀσεβῶς κατεπυρπολήσατε, πεντακοσίους ὁπλίτας ἀπολωλεκότες· ἀντὶ δὲ ταλάντων ἑπτὰ, ὧν διηρπάσατε, πλείστας ἀπεστερημένοι προσόδους. ἐγὼ δὲ προοίμιον ὑμῖν, ὧν μέλλετε πάσχειν ὑπ' ἐμοῦ, τὰ νῦν γεγονότα καταγγέλλω· ἵνα δι' ἐμαυτὸν συμμαχήσαντα τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν πεπονθότες, ὁμολογεῖν αἰσχύνησθε. οὐ μὴν ἀνήσω γε τὴν πρὸς ὑμᾶς δυσμένειαν, ἕως ἂν ἡ διοικοῦσα πρόνοια τὴν αὐτὴν ἁρμονίαν τοῦ κόσμου φυλάττῃ. ἐξοίσω δὲ τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τοσοῦτον, ὅσον ὑπὲρ θεῶν, τῶν πάντα καὶ σώζειν καὶ φθείρειν δυναμένων. εἴγε θείας τύχης, ὥσπερ τὰ λοιπὰ τῆς φύσεως στοιχεῖα, καὶ τὸ κατὰ τὴν Αἴτνην πῦρ μεμοίραται, εἰς ὃ τοὺς ἱκέτας ἀθώους βαλόντες, οὐ Φάλαριν ἐχθρὸν, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπόπτην ἥλιον ἐπικέκτησθε.

ρε'. Νι-

ta viris, quos impiè combuſſiſtis, quingentos cives amiſeritis; quodque pro ſeptem talentis, quæ diripuiſtis, multis reditibus ſpoliati ſitis. Ego autem ea, quæ nunc pertuliſtis, vobis eſſe exordium eorum, quæ à me paſſuri eſtis, denuncio; ut quum tot à me hoſtibus veſtris auxilia ferente paſſi ſitis, *cum iis tandem* paciſci erubeſcatis. Et meum in vos odium neutiquam remittam, dum gubernatrix providentia hanc eandem mundi compagem conſervarit. Vobis autem bellum inferam non tam mei gratiâ quàm Deorum, qui omnia & ſervare & perdere poſſunt. Si enim divinæ ſortis, quemadmodum cætera naturæ elementa, ſic etiam Ætnæus ille ignis in quem innocentes ſupplicesq; conjeciſtis, ſit particeps, non Phalarin, ſed ſolem omnium inſpectorem vobis inimicum comparaſtis.

105. Ni-

ρε'. Νικαινέτῳ.

ΤΟ πολλάκις ἴσως ἡμᾶς ἐπεςαλκέναι τῷ σῷ πατρὶ παῦσαί σε τῆς ἀφροσύνης, ἐπῆρκεν· ὡς οὐκ ἂν, εἰ μὴ ἐδεδοίκειμεν, τὴν ἔχθραν ἀποτρέπειν παρεκελευόμεθα. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου τὸ μὴ οὕτως ἔχειν, οὐδὲ γράφειν ἀξιῶ. πυνθανόμενος δὲ ἐπιεικῆ τὸν γέροντα εἶναι, καὶ μηδὲ ἑτέρους αὐτῷ γεγονέναι παῖδας, ἐκεῖνον μὲν ἐλεῶν, σοῦ δὲ παρ' ἡλικίαν θρασυνομένου φειδόμενος, τέως τοῦ παρόντος ἀνέσχηκα. σὺ δὲ, οὔτε πατέρα πρεσβύτην οἰκτείρεις ἐφ' ἑνὶ κινδυνεύοντα παιδὶ, οὔτε σεαυτοῦ φροντίζεις, ἐπιμένεις δὲ τῇ προπετείᾳ. πρῶτον μὲν τάχα, παρ' ὅσον οὐθὲν ὑφ' ἡμῶν πέπονθας· εἶτ' οἰόμενος ἐξεῖναί σοι, ὁπόταν βούλῃ πεπαῦσθαι. τοῦτο δὲ οὐδὲ τοῖς πολύ σου δυνατωτέροις ἐγένετο. ἕως οὖν σοι παρὸν, τῶν ἑκατέρων ἑλέσθαι τὸ λυσιτελέστερον, μὴ μιμοῦ Τίμανδρον· ἐχθρῷ δὲ μᾶλλον ὠφελίμῳ, ἢ λίαν ἐπιζημίῳ συμβούλῳ χρῆσθαι.

ρς'. Πολυ-

105. *Nicæneto.*

QUòd frequenter ad patrem tuum ſcripſi ut te ab iſtâ vecordiâ retraheret, id fortaſſe tibi animum extulit: tanquam non niſi præ metu ipſum inimicitias tuas avertere perſuaſum irem. Ego autem quoad hæc, quo minùs ita ſe habeant, ne ſcribere quidem dignor. Cùm verò audiſſem ſeni mitem eſſe animum neque alios ei liberos, illius miſertus, tibi autem ſupra ætatem audaci indulgens, hactenus quidem me continui. Tu vero neque patrem miſereris in unico filio periclitantem, neque tui ipſius curam habes, ſed in *tuâ illâ* petulantiâ pergis. Primùm fortaſſis quòd nihil à nobis paſſus ſis; deinde quòd quandocunque libuerit ceſſare, etiam & licitum fore putes. Id verò viris te multo potentioribus non contigit. Dum itaque penes te eſt è duobus id quod ſatius eſt eligere, Timandrum ne imiteris; ſed inimicum potius utilia, quàm conſiliarium noxia ſuadentem ſequere.

106. *Pollu-*

ρϛ'. Πολυδεύκει.

Ἐρρωμενέστερον ἀδικοῦμαι τῷ παντὶ, ἢ τιμωροῦμαι, Πολύδευκες· οὐχ ὥσπερ ἔφησθα, καὶ πάσχειν με δεινὰ, καὶ δρᾷν. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀδείας τοὺς αὐτοὺς τῶν ἐπιβουλευσάντων ἠξίωσα· τῶν δὲ ἀδικούντων οὐδείς ἐστιν, ὅστις ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἁλοὺς κακοῖς, ἐπὶ τῷ δευτέρῳ πονηρὸς ὀφθῆναι ᾐδέσθη. ἔρρωσο.

ρζ'. Ἐγγυΐνοις.

Οὔτε προφάσεως ἐνδεῖν μοι δοκῶ, δι' ἣν οὐκ ἂν δικαίως ὑμᾶς ἀμυναίμην, οὔτε βουλομένῳ ἐπεξιέναι δυνάμεως. βουλήσομαι δὲ, ἂν μὴ νῦν γέ ποτε αἰδεσθέντες ἡμᾶς ἀπολύσητε τοὺς ἄνδρας, οὓς οὐδενὶ δικαίῳ (διότι καὶ τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ Πασίωνι παρατριβομένῳ πρὸς ὑμᾶς ἔδοξε) τρίτον ἤδη μῆνα τοῦτον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέχετε.

ρή. Ιμε-

106. *Polluci.*

MAjor eſt, Pollux, quâ afficior, injuria, quàm ſupplicia quæ irrogo; non, ut tu dixiſti, dira ſuſtineo pariter & perpetro. Ego enim bis terque iiſdem inſidiatoribus veniam indulſi: ex iis verò, qui injuriam intentarunt, nemo eſt qui in primo facinore deprehenſus, in eâdem denuo culpâ verſari erubeſcat. Vale.

107. *Engyinis.*

NEque quo minùs vos juſtè ulciſcar prætextum, neque ſi adoriri velim poteſtatem deeſſe video. *Adoriri* autem volo, niſi me reveriti viros dimittatis, quos nullo jure (tantùm quia Paſioni homini perditiſſimo apud vos verſato ita viſum ſit) in carcere tertium nunc menſem detinetis.

108. *Hime-*

ρη'. Ἱμεραίοις.

Στησίχορον ἴστε, καὶ Κόνωνα, καὶ Δρωπίδην περαιουμένους ἀπὸ Παχύνου εἰς Πελοπόννησον, ἀντὶ Κορινθίων, πρὸς οὓς γε ἐπέμφθησαν ὑφ' ὑμῶν πρὸς ἐμὲ ἀχθέντας. καὶ Δρωπίδην μὲν ἴσως ἀποδώσομεν ὑμῖν· Κόνωνα δὲ εὐθὺς ἀπεσφάξαμεν· Στησίχορος δὲ σῶός ἐστιν, ἕως ἂν τὸν τρόπον λογισώμεθα, ὃν χρὴ αὐτὸν τιμωρηθέντα ἀποθανεῖν.

ρθ'. Στησιχόρῳ.

Πυνθάνομαί σε περιδεῆ σφόδρα εἶναι ἐννοοῦντα τὴν δύναμιν ἡμῶν, καὶ συνειδότα ἅμα τοῖς πρὸς ἐμέ σοι πεπολιτευμένοις. θαυμάζω δέ σε, εἰ νῦν ἤρξω περιδεὴς εἶναι, ἀλλ' οὐ τότε εὐθέως, ὅτε ἐπολιτεύου πρὸς με ἀρχῆς παρανόμου (ὥσπερ σὺ προὔλεγες) Ἱμεραίοις συλλαβέσθαι βουλόμενος· καὶ ἐλογίζου, ὅτι γένοιτ' ἂν τάχα, ἃ σὺ λέγεις Ἱμεραίοις. εἰ μὲν οὖν ὑπερεφρόνεις θανάτου (ὥσπερ καὶ ἐχρῆν σοφὸν ὄντα) τί νῦν ὦ μάταιε

108. *Himerensibus.*

STesichorum, Cononem, & Dropidam à Pachyno in Peloponnesum trajicientes, non ad Corinthios, ad quos à vobis mittebantur, sed ad me adductos scitote. Et Dropidam quidem vobis fortasse reddemus: Cononem verò statim interfecimus: incolumis autem est Stesichorus, donec excogitemus quo tandem mortis genere eum plecti oporteat.

109. *Stesichoro.*

AUdio te in maximo metu esse cùm meam potestatem expendas, simulque conscius sis facinorum in repub. contra me susceptorum. Miror autem te nunc primùm timere, & non tunc statim cùm hæc in me machinatus fueris, & cupidus ferendi Himerensibus auxilia contra imperium (ut tu dixisti) tyrannicum iis consilia tua continuò bene successura sponderes. Quod si tum mortē contemnebas (uti sapientē decuit) quid nunc vecors

μάταιε ἰλιγγιᾷς, ἐξὸν ἃ προσδοκῶν τότε οὐδὲν ἧττον θρασὺς ἦσθα, ταῦτα καὶ πελάζοντα γενναίως ὑπομένειν; εἰ δὲ, ὥσπερ δειλὸς εἶ, περιτρόμως εἶχες πρὸς τὴν ἀφ' ἡμῶν δίκην ἐσομένην, τί, ὦ προπετέστατε, ἐβόας τότε; καὶ τοσοῦτον ἑαυτῷ προσεσκεύαζες ἐχθρὸν, ἐναγῆ καὶ αὐθάδη καλῶν, καὶ τὰς ἐκ τῶν ἐπῶν σου ῥήσεις εἰσφέρων εἰς τὰς ἐκκλησίας; τί δὲ μουσικὸς καὶ μελοποιὸς ὢν, καθίσας σεαυτὸν εἰς ἐναντίον σχῆμα καὶ προαίρεσιν βίου τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἐξὸν σχολὴν ἄγειν καθεζόμενον, καὶ μὴ θερμοτέρων ἅπτεσθαι πραγμάτων, ἢ ποιηταῖς πρέπει; ἐπεὶ δὲ ἀντὶ ποιητοῦ δημαγωγὸς ὠρέχθης γενέσθαι, μένει σε οἷα φημὶ οὐ ποιητὰς, οὐδὲ μουσικοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ δημαγωγοὺς ὑπὲρ δύναμιν θρασυνομένους, κρατουμένους ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.

ρι'. Κλει-

vecors hæsitas; cum liceat ea, quæ etsi futura expectares nihilo minus audacem te ferebas, jamjam præsentia forti animo perferre? Sin, ut timidus es, futuram à nobis pœnam perhorrueris, cur, ô temerarie, tunc adeo vociferabaris? cur vel scelestum me & arrogantem appellando, vel sententias ex tuis carminibus proferendo tantum tibi comparabas inimicum? Cùm verò musicus sis & poëta, quid est quòd te in eam vivendi rationem studiis *tuis* contrariam ultrò conjeceris; cùm tibi otio conquiescentem frui liceret, neque turbulentioribus, quàm poëtis convenit, involvi negotiis? Quoniam verò pro poëtâ popularis factionis princeps esse voluisti, manent te, non quæ poëtis aut musicis, sed quæ factionum principibus supra vires audacibus, *jam* in hostium potestatem redactis expectanda sunt.

110. *Cli-*

ρι'. Κλεισθένει.

ΟΥ τὸ τοῖς πολλοῖς εἰθισμένον, ὅταν ἐπὶ τοῦ λόγου βλαβέντες, ἐν τοῖς ἀποτελέσμασι τῶν ἔργων εὐδοκιμήσωσι, πρᾶξαι βουλόμενος ἐπέστειλά σοι δεῖν ᾠήθην· ἵν' ἐν ᾧ παρὰ γνώμην ἐσφάλης, οὐ πεισθεὶς ἐμοὶ τὰ βέλτιστα εἰπόντι, μέρος συμφορᾶς γενόμενος ἐπιτιμοίην. οὐδὲν γὰρ ἕτερόν μοι δοκοῦσιν οἱ τοῦθ' αἱρούμενοι ποιεῖν, ἢ πολὺν ἑαυτῶν ἔπαινον εὐβουλίας καταπιθέμενοι κατηγορεῖν τῶν ἐπταικότων, ὅτι οὔτε προέγνωσαν τὸ συμφέρον, οὔτε τοῖς παραινοῦσιν ἐπείσθησαν· ἀλλ' ὥσπερ αἰσθανόμενος πρὶν σοῦ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ἵνα μὴ πάθῃς οἰκειότατος ἐγενόμην, οὕτω πεπονθότος ἃ μή ποτε ὤφελες, αὐτὸς οἶμαι καὶ συναμαρτεῖν, καὶ συνταλαιπωρεῖν. προὔλεγον μὲν γὰρ ἵνα μὴ γένηται, γενομένων δὲ διὰ τύχην ἴσως, ἢ γνώμην, συνατυχῶ, καὶ τῇ τύχῃ οὐκ ὀνειδίζω· ἀλλ' ἵνα μὴ μείνῃ τοιαῦτα, ὡς

110. *Clisthenι.*

NOn, quod multi solent, qui inter danda consilia vituperiis accepti, ex rerum eventu laudem assequuntur, idem ego in hac epistolâ faciam; ut id in quo præter opinionem lapsus es mihiq; optimè consulenti morem non gessisti, tibi exprobrem, adeoque novæ fiam calamitatis occasio. Illi enim *exprobratores* mihi nihil aliud facere videntur quàm suæ prudentiæ laudem magnopere efferre, dum infortunio oppressos, quòd neque ipsi utilia prævíderint, neq; consulentibus paruerint, accusant. Sed quemadmodum te, cum præsentirem quæ tibi erant eventura, ne ea patereris familiarissimè admonui; ita cum jam indigna passus sis meipsum in communi tecum unà errore atque calamitate versari duco. Tibi hæc prædixi ne fierent; cùm facta sint, sive casu, sive consilio, unà ærumnam fero: & fortunam quidem nihil vitupero; sed ne res in eo quo sunt statu maneant, quàm

ὡς ἔνεστι πεφιλοτίμημαι. ταῦτα μὲν οὖν παρὰ τῆς σεαυτοῦ μητρὸς ἥκων, ἄμεινον ἂν μάθοις. σὺ δὲ σχέτλιος, ὃς οὐδὲ ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, παρ' ἡμῖν ἐβουλήθης ὡς εὐνουστάτοις τὰς φυγὰς ἀναπαῦσαι. τοῦτο δὲ εἰ μὲν ἄλλου του χάριν εἴλου, δίκαιος οὐκ ἂν εἴης περὶ ἡμᾶς. εἰ δ' ὡς ὀνειδισθησόμενος ᾐδέσθης τοὺς προειπόντας, καὶ οὐ πείσαντας, μικροῦ δέω λέγειν ὅτι καὶ ἥδομαι οὕτω σοῦ σωφρονοῦντος. αἰσχυνόμενος γὰρ ἐπὶ τοῖς πρώτοις εἰρημένοις, οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁλίσκοιο ἁμαρτάνων.

ρια΄. Νικίππῳ.

ΤΟῦ μὲν εἰληφέναι σε τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς, πλείστη σοι χάρις. ἐγὼ δὲ, ὅτιπερ ἔλεγες φοβεῖσθαι Συρακουσίους, μή τί σοι χαλεπὸν ἐξ αὐτῆς ἀνάσχῃ δεξαμένῳ τὰ παρ' ἐμοῦ χρήματα, μηνύσεως αὐτοῖς ἀποδοθείσης τοῦτ' ἔμελλον ποιῆσαι, μὴ λαβόντος σου, κατηγορεῖν ὡς εἰληφότος· ἵν' ᾖ σοι τὸ αὐτὸ δεξαμένῳ, καὶ μή. μᾶλλον δὲ τὸ μὲν ἧττον, τὸ δὲ τῷ παντὶ χεῖρον. μὴ λαβὼν μὲν γὰρ,

quàm maximè contendo. Quæ, cùm ad matrem tuam veneris, meliùs cognoſces. Tu verò *nimium eras* pertinax, qui è patriâ expulſus apud nos tibi benevolentiſſimos fugam tuam levare noluiſti. Si aliam ob cauſam hoc feceris, erga nos injuſtus es: quòd ſi me, qui hæc tibi prædixi non perſuaſi tamen, ne quid tibi exprobrarem timuiſti, quòd ita ſapias pæne dixerim delector. Si enim te, quorum priùs monui, pudet, in eodem errore non facilè deprehenderis.

III. *Nicippo.*

MAximam tibi habeo gratiam quòd dona mea acceperis. Ego verò, quòd timere te dixiſti Syracuſanos, nequid mali ob recepta à me munera tibi inferrent, indicio illis facto hoc præſtitiſſem, *nempe ut* ſi non accepiſſes, accepiſſe tamen inſimularem; ita ſive acceperis, ſive non, idem tibi eveniret; imò, *ſi* illud *feciſſes*, levius, *ſi* hoc, gravius *tibi* omnino *periculum immineret*: ſi non accepiſſes enim,

γὰρ, ἐμοῦ κατηγοροῦντος τὸ δεδωκέναι, πάντως ἂν αἰτίαν εἶχες εἰληφέναι· λαβὼν δὲ ταῖς ἀληθείαις, ἐμοῦ μὴ δεδωκέναι λέγοντος, οὐκ ἴσως, ἀλλ' ὄντως ἀπήλλαξο τῆς αἰτίας.

ριβ'. Ἱερωνύμῳ.

Ἐπυνθάνου τίσιν ἀντεξήτακα τὸ δύνασθαι Λεοντίνων μοι ἐπεξιόντων κατὰ τῆς χώρας, τὴν ἐμὴν οὖσαν ἀποτέμνονται, περιγενέσθαι. τὸ μὲν οὖν ὅτι δικαιοτέρων ἐχόμενος, καὶ οὐκ ἄρχων πολέμου, ἀλλ' ἀμυνόμενος, οὐκ ἂν ἐπιστείλαιμι, τούτων γὰρ παρ' ὑμῖν οὐκ ἔτι λόγος· ὃ δὲ κἂν μὴ προσποιῆσθε, ὑμᾶς εἰδέναι ἀνάγκη, τοῦτ' ἂν εἴποιμι, ὅπλοις πολλοῖς, καὶ ἀνδράσι δυνατοῖς, καὶ χρήμασι; καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, ὧν ἁπάντων ἐνδεεῖς ὄντες αὐτοὶ μάχονται πολεμίῳ καὶ περὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς τύχας πεπλουτηκότι.

ριγ'. Λα-

enim, ego tamen me dediſſe contenderem, accepti muneris crimen ſuſtineres: ſin revera accepiſſes, & ego dediſſe me negarem, nihil dubii eſt quin liberatus eſſes.

112. *Hieronymo.*

Interrogaſti quibus conſiliis Leontinos, qui regionem meam invadunt & populantur, ſuperare cogitem. De his nihil dico, quòd juſtior mihi cauſa ſit, quòdque bellum non inferam, ſed propulſem; hæc enim apud vos nullius ſunt momenti: hoc autem dico, quod & vos, utcunque diſſimuletis, neceſſe eſt ſcire, *me* armorum militumque fortium copiâ, pecuniis, navibus, & equis *inſtructum eſſe*; quibus omnibus cùm illi indigeant, *nihilominus* cum hoſte, qui tam his quàm ſecundâ fortunâ abunde uſus eſt, bellum gerunt.

ριγʹ. Λαμάχῳ.

ΤΟὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα τούσδε, ὅταν τὸ πλῆθος λάβῃ τῶν Καμαριναίων, χαλκευθῆναι κατὰ φύσεως ἀπανθρωπίαν ἀποφαίνεις. βούλομαι μὲν ἐν τούτῳ μεῖναι τῷ ἀριθμῷ, καὶ νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον εὔχομαι. οὐχ ὁρῶ δὲ ἑώμενον τοῦτο ὑπό τινων μέχρι τούτων ὡρίσθαι. σὺ γ᾽ οὖν αὐτὸς ἐννέα καὶ τριάκοντα βιάζῃ τούτοις γενέσθαι, προσνέμων σεαυτόν, καὶ τὸν ἀνάισθητον Ἐπιτέρσην. καὶ οὐχ ὅμοιόν ἐστιν, ἢ ἐμὲ διαβάλλεσθαι ὑφ᾽ ὑμῶν ἀπολλυμένων, ἢ ὑμᾶς πονηροτάτους ὄντας ὑπ᾽ ἐμοῦ ἀμυνομένου ἀπόλλυσθαι.

ριδʹ. Νικάρχῳ.

ΟΥκ ἀναγκάζεις Καμαριναίους ἐμοὶ πολεμεῖν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ πολεμεῖσθαι. οἱ δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν ποιοῦντες πρᾶγμα, καὶ τοῦτο σαφῶς εἰδότες, καὶ πρὸ τῶν λόγων τὰ ἔργα σκοπούμενοι, καὶ πρὸ τῶν ἔργων ἔτι τάχιον τὰ ἀποτελέσματα, πολλῷ ἤδη χρόνον παραπέμπουσί σου τὰς δημαγωγίας. σὺ δὲ οὐχ αἰσχύνῃ

113. *Lamacho.*

QUoties plebem Camarinensem *sermone* captas, triginta septem illos in æreo tauro inhumaniter cruciatos enarras. Velim quidem hoc numero concludi, *quod* & (per Jovem Maximum) *vehementer* opto. Video autem quosdam non permittere ut hic consistam. Tu enim cogis *me* ut hi triginta novem fiant, dum teipsum & dementem Epitersen adjicis: neque *perpendis* quàm dispar sit ratio, me à vobis perituris calumnias, & vos *interim* perditissimos à me ultore mortem pati.

114. *Nicarcho.*

NOn contra me bellum suscipere Camarinenses, sed bello à me peti cogis. Illi verò, quod sapientes facere decet, cùm hæc probè intelligant, & ante verba res perpendant, & ante res *susceptas* eventa, multo jam tempore conciones tuas rejecerunt. Te verò non pudet,

ϩμίη βαρύτερος ὢν ἐκείνοις ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ τῶν λόγων, ἢ ἐμοὶ, καθ' οὗ πολιτεύῃ.

ριε'. Νικαίῳ.

ΟΥ δοκεῖ σοι πικρὸν βασανιστήριον ὁ ταῦρος, οὐδὲ τῶν παρ' ἡμῖν μηχανημάτων οὐδέν· ἐπεὶ τὸν εἰς ἐκεῖνα ἔλεον οὐκ ἂν, μέλλων ἡμῖν μάχεσθαι, προανήλισκες.

ρις'. Κλεομέδοντι.

ΣΥ μὲν (ὡς πυνθάνομαι) κατηγορῶν ἐμοῦ, τὰς περὶ τὸν Κλεόμβροτον τύχας οἰκτρὰς ὀδύρεσθαι ἐπιχειρεῖς· ἐγὼ δέ σε, Κλεόμεδον, πολὺ μὲν ἐκείνου τολμῶντα ἀδικώτερα, τῷ παντὶ δὲ ὄντα ἀσθενέστερον, ἐμοὶ ὑποχείριον γενέσθαι.

ριζ'. Μελιταίοις.

ΟΥκ ἐκφαυλίζων, ὦ Μελιταῖοι, τὰς τιμὰς ὑμῶν, ἀπέπεμψα τὸν πρεσβευτὴν κατασεσημασμένας φέροντα

det, quòd iis concione è ſuggeſtu habitâ moleſtior ſis, quàm mihi, contra quem *hæc omnia* machinaris.

115. *Nicæo.*

NEque taurus, neque ulla apud nos machina, aſperum tibi videtur tormentum: alioquin *meam* in hiſce *minus exercendis* miſericordiam, nobis bella meditans, non dudum exhauſeras.

116. *Cleomedonti.*

TU quidem (ùt audio) me criminatus, miſerabilem Cleombroti caſum deflere præ te fers. Ego autem *præ me fero* te, Cleomedon, illo quidem multò magis nefaria audentem, omnino autem imbecilliorem, in meam poteſtatem redigere.

117. *Melitenſibus.*

NOn quòd honores veſtros contempſerim, Melitenſes, legatum veſtrum obſignatos eos ferentem

φέροντα αὐτάς· οὐκ ἐᾷ δέ με ἐπαινεῖσθαι τὰ πεπραγμένα. ὑμεῖς μὲν οὖν ἴσως, οἷον αὐτοί με εἶναι δοκεῖν ἐθέλετε, τοιοῦτον οἴεσθε ὑπολαμβάνεσθαι καὶ παρ᾽ ἑτέροις. ἐγὼ δὲ οἶδα, παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι κακὸς ὑπολαμβανόμενος, παρὰ δ᾽ ὑμῖν καὶ νομίζομαι ἀγαθός, οὐδὲν ἐκτεῖναι δυνάμενος ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἄλλους τὴν φήμην· πολὺ δὲ μᾶλλον εἰς τὰς ψευδοδοξίας τῶν ἀνθρώπων βλάψων ὑμᾶς, ὅτι τὸν κάκιστον οὐκ ἄν, εἰ μὴ τοιοῦτοι καθειστήκειτε, ἐπῃνεῖτε. ἐξ ὧν τοίνυν ὑμεῖς μὲν ἀδίκως πονηροί, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐπιεικέστερος ἐμαυτοῦ ὑπολαμβανοίμην, οὐκ ᾤμην δεῖν ἑαυτὸν τιμᾶσθαι.

ριη΄. Καμαριναίοις.

ΚΑὶ εἰς Γέλλαν ἔπεμψα, καὶ εἰς Λεοντίνους, καὶ πρὸς ὑμᾶς πέμψαι δεῖν ᾠήθην, ὅπως μοι συλλάβησθε εἰς τὰ παρόντα, οὐχ ὅπλων, οὐδὲ ἵππων δεομένῳ, οὐδὲ ἀνδρῶν (ὧν κενὴν εἶναι λέγετε τὴν πόλιν) ἀλλ᾽ ἀργυρίου. καὶ Λεοντῖνοι μὲν ἡμῖν ἔπεμψαν πέντε τάλαντα εὐθέως· Γελ-

λῷοι

ferentem remisi: res nostræ autem laudari me non sinunt. Vos quidem fortasse qualem me ipsi existimare dignamini, talem & ab aliis existimari censetis. Ego autem novi quòd aliis omnibus malus, vobis verò bonus videar; verùm hinc ad alios famam extendere non possum: immo potiùs periculum est nequid vobis ex falsâ hominum opinione detrimenti afferam, quasi pessimum nunquam laudaturi sitis, nisi ipsi quoque ita essetis comparati. Honore igitur, qui vobis falsò in vitium verti, mihi verò in laudis incrementum minimè cedere possit, affici me æquum non duxi.

118. *Camarinensibus.*

ET Gellam misi & ad Leontinos, & ad vos etiam mittendum arbitrabar, ut impræsentiarum me juvaretis non armis neque equis egentem, neque viris (quibus urbem *vestram* vacuam esse dicitis) sed argento. Leontini quidem nobis quinque talenta illico statim miserunt; Gellenses

lenses

λῶσι δὲ ὑπέσχηνται δέκα δώσειν. ὑμᾶς δὲ οὔτε βρα-δυτέρους Λεοντίνων, οὔτε μικροπρεπεστέρους ἔσεσθαι Γελ-λώων ὑπολαμβάνω.

ριθ'. Ἀστυπαλαιεῦσιν.

ΟΥτε μᾶλλον ἀνιαθεὶς ἐν τῷ ζῆν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἄνδρες πολῖται, καί τοι πολλαῖς καὶ παραδόξοις χρησάμενος μεταβολαῖς· οὔτε πλέον ἡσθείς, ἄμοιρος γὰρ οὐδὲ τῶν τερπνῶν ἐγενόμην. ἠνιάθην μὲν οὖν ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τῆς πατρίδος ἐξέπιπτον ἀδίκως, ὅπερ ἀλγεινότατόν ἐστι καὶ τοῖς δικαίως τοῦτο πάσχουσιν. ἥσθην δὲ ὅτε δημοσίᾳ μου μνησθέντες ἐγράψατέ μοι περὶ ὧν ὁ καιρὸς ὑμᾶς ἤπειγεν. ὡς γὰρ παρ' ἑνὸς τοῦ μάλιστα εὐνοουμένων, καὶ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακότων ᾐτήσασθε, οὐ τοσοῦτον (ὡς ἔοικε) τοῦ λαβεῖν τι τῶν ἐψηφισμένων, ὅσον τοῦ μαρτυρῆσαι μὲν ἐμοὶ δημοσίᾳ τὸ μὴ δικαίως ἐξεληλάσθαι, καταγνῶναι δὲ τῶν τοῦτο δρασάντων. οὔτε

γὰρ

lenſes autem decem ſe daturos polliciti ſunt. Vos verò neque tardiores Leontinis, neque Gellenſibus minùs liberales fore opinor.

119. *Aſtypalæenſibus.*

NEque unquam, ô Cives, in vitæ curſu magis me triſtè memini, variis licet & inopinatis caſibus afflictus fuerim; neq; unquam magis lætum, quanquam & voluptates ſæpe ſim expertus. Illo itaque die angebar quo injuſtè patriâ excidi, quod acerbiſſimum eſt etiam illis quibus juſtè evenit. Lætabar autem cùm publicam mei mentionem facientes de iis rebus, quarum vos monuit temporis occaſio, ad me ſcripſeritis. *A me* enim tanquam viro omnium benevolentiſſimo veſtrûmq; ſtudioſiſſimo *munus* petiiſtis, non tam (ſicut videtur) ut quæ *rogare* decreviſtis conſequamini, quàm ut publicum hoc mihi præſtetis teſtimonium, *me* injuſtè in exilium agi, hujuſque autores à vobis damnari. Neque

enim

γὰρ αἰτήσαι χάριτας παρὰ τοῦ μὴ στεργομένου τίς ἄν, οὔτε λαβεῖν παρὰ τοῦ μὴ στέργοντος ὑπομείνειεν. οὔτε νῦν παραδέδωκεν ὁ καιρὸς μέμψασθαι μὲν ὑμᾶς ὡς φιλτάτους, τοὺς πρώτους χρόνους μηδὲν αἰτησαμένους· εὐχαριστῆσαι δὲ τοῦ παρόντος ἡνίκα αἰτεῖσθε, ἅπερ ὑμεῖς μὲν οἱ λαβόντες δώσετε ταῖς ἀληθείαις. δέδεγμαι γὰρ ὑμῶν χάριν τὴν αἴτησιν, ἐγὼ δὲ οὐ μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς λήψομαι μᾶλλον, ἢ δώσω. τί γὰρ ἀνδρὶ φιλοπάτριδι κάλλιον καὶ μεγαλοπρεπέστερον, ἢ δοκεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας εὖ ποιεῖν; ὃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς μοι τῆς ὑμετέρας πεπλήρωται. τοῦ μὲν οὖν βραδύτερον ἀφῖχθαι τὰς δωρεάς, ἢ πρὸ ὃν ἐβούλεσθε χρόνον, μήτε ἐμέ, μήτε τοὺς πρέσβεις ὑμῶν αἰτιᾶσθε· τὸν δὲ χειμῶνα, καὶ τὴν ὥραν τοῦ καθεστῶτος χρόνου. τὸ γὰρ ἐξ ἡμῶν, προθυμίας οὐδ' ἧς τινος ἀπελείπετο. πλεῖν δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ χειμῶνος, οὐδὲ μετὰ τῶν ἐσχάτων τολμημάτων ἦν. τοῦ μὲν τοι σεσῶσθαι τὰ πεμφθέντα, καί τοι πελαγίῳ παραβληθέντα κινδύνῳ, τῇ τύ-

χη

enim quiſquam beneficium ab illo petit quem non amat, aut accipere dignatur ab illo qui ipſum non amaverit. Sed tempus nunc non finit ut vos, quia nihil antea à me petiiſtis, reprehendam; ſed potiùs ut gratias agam quòd jam demum ea flagitetis quæ, ſi à vobis accepta fuerint, revera mihi data cenſebo. Ego enim petitionem veſtram in gratiarum loco habeo, neque tantâ voluptate quicquam accepturus ſum, quantâ daturus. Quid enim viro patriam amanti pulchrius aut ſplendidius, quàm videri erga cives ſuos beneficum? quod mihi per epiſtolam veſtram abunde contigit. Quòd autem munera ſeriùs quàm voluiſtis pervenerint, neque me, neq; legatos veſtros reprehendatis; ſed hyemem, præſentemque anni tempeſtatem: quantum enim nobis *licuit*, nullam non adhibuimus diligentiam; navigare autem, ob hyemis vehementiam, non exiguæ fuit audaciæ. Quòd ea quæ miſimus ſalva pervenerint, licet marinis caſibus jactata, id rectè for-

tunæ

χῃ χάριν εἰδότες, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιτε· οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν κομιζομένων, ἀποδώσουσι μὲν ὑμῖν ὁμολογουμένως οἱ πρέσβεις. δηλώσει δὲ καθέκαστα καὶ ὁ συναπεσταλμένος αὐτοῖς ἀνὴρ, ὁ καὶ τὴν ἐπιστολὴν φέρων, Εὔβουλος· παρ' οὗ τό τε εἴδη, καὶ τὸν ἀριθμὸν λαβόντες, τὰ μὲν ἄλλα διανείμασθε καθ' ὃν ἂν προαιρήσησθε τρόπον· τὰ χρήματα δὲ πρὸς ἐπισκευὴν τῆς πόλεως, καὶ κόσμον χρησάμενοι, καλῶς ἂν εἴητε πεφρονηκότες, οὐ διὰ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν, διὰ δὲ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν εὐβουλίαν. οὐδεὶς γὰρ ἀλλοτρίᾳ προαιρέσει, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ χρηστὸς πέφυκεν. εἰ δ' (ὅπερ οὐδὲ λέγειν ἐφ' ὑμῶν ἄξιον) τοῖς εἰς ἕτερον εἶδος δεδωρημένοις εἰς ἄλλό τι καταχρήσεσθε τῶν οὐκ ἀναγκαίων, εὖ ἴστε, ὅτι ὑμεῖς μᾶλλον μεμφθείητε τοῦ μὴ δεόντως προσενηνέχθαι τοῖς δωρηθεῖσιν, ἢ ὁ δοὺς εὐλογηθείη τοῦ δεδωκέναι. ὡς γὰρ ἄτοπον τὸν ἐκπεπλωκότα τῆς πατρίδος διὰ τὴν φυγὴν ἐμὲ, τῆς αὐτῆς ἀνακτήσασθαι ζητεῖν τὰ κατερρηγμένα, οὕτω τοὺς ἐνοικοῦντας τὰ πίπτοντα μέρη περιϊδεῖν· καὶ μηδὲ ἐξ ὧν ἄλλος δίδωσι φιλοτιμεῖσθαι. ἐὰν μέν τοι δικαιώσητε, μὴ

μόνοις

tunæ acceptum referatis. Apportata quidem munera ſine dubio vobis reddent legati; ſingula autem enarrabit, qui cum illis miſſus eſt, quique hanc epiſtolam affert, Eubulus: à quo cùm miſſarum rerum varietatem numerumque didiceritis, cætera pro arbitrio diſtribuite; pecuniam verò ſi ad inſtaurandam ornandamque civitatem adhibeatis, rectè ſapitis; non quòd hoc ego adhorter, ſed veſtra vobis conſilia ſuadeant: nemo enim alieno ſed ſuo inſtituto bonus eſt. Sin (quod de vobis ne ſuſpicari quidem decet) *muneribus* certo fini deſtinatis in aliud minimè neceſſarium abutamini, bene ſciatis vos magis reprehenſos iri, qui donis præter id quod decet uſi fueritis, quàm laudatum qui dederit: neque enim magis abſurdum eſt me à patriâ exulem diſruptas illius partes reſarcire, quàm vos adhuc incolas ruenti in excidium urbi non conſulere; neque ex iis quæ alius vobis ſuppeditat, hujus inſtaurandæ gloriam ambire. Sin exiſtimetis non

ſolùm

μόνοις ὑμῖν πεπέμφθαι τὰς δωρεὰς, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεθ' ὑμᾶς, καὶ μετ' ἐκείνων τῇ πόλει, καὶ τοῖς θεοῖς, τότ' ἂν ὑμεῖς θαυμασθείητε πλέον τῆς εὐβουλίας, ἢ οὗ δεδωρῆσθαί τι τῶν ἰδίων ὁ δεδωρημένος. τίς γὰρ ἂν ἀγνοήσειεν, ὅτι τὸ μὲν χαρίσασθαι τῆς τοῦ διδόντος ἐπιμελείας ἔπαινός ἐστι, τὸ δὲ χρήσασθαι τοῖς δοθεῖσιν ὡς προσήκει, τῆς τοῦ λαβόντος εὐλογιστίας. βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς μαρτυρηθῆναι περὶ ἀρετῆς μᾶλλον, ἢ περὶ πλούτου δαψιλείας ἐμαυτόν. τὸ μὲν γὰρ ψυχῆς ἀγαθῆς, τὸ δὲ τύχης περιουσιαζούσης ἐγκώμιον δόξει. ἔρρωσθε.

ρκ'. Ἀξιόχῳ.

Σεμνύνεσθαι μὲν ὥσπερ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν καλῶν, καὶ ἐπ' εὐγενείᾳ εἰκός ἐστιν. ἐγὼ δὲ μίαν εὐγένειαν, ἀρετὴν οἶδα· τὰ δ' ἄλλα πάντα τύχην. καὶ γένοιτ' ἂν ὁ μὲν ἐκ φαύλων ἀγαθὸς, καὶ βασιλέων καὶ πάντων εὐγενέστατος· ὁ δὲ ἐξ ἀγαθῶν φαῦλος, αὐτός τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν ταπεινοτάτων δυσγενέστατος. ὥστε ψυχῆς ἔπαινον αὔχει πρὸς Συρακουσίους, μὴ προγόνων τεθνηκυῖαν ἐν ἀδοξοτέροις διαδόχοις εὐγένειαν.

ρκα'. Ἱμε-

ſolùm vobis miſſa eſſe munera, ſed & poſteris unàque & civitati & Diis ipſis, conſilii veſtri prudentia magis erit admirationi, quàm illius, qui ex ſuo dederit, liberalitas. Quis enim neſcit, quòd rectè dare dantis curam arguat, datis rectè uti accipientis prudentiam. Mallem autem vos ob virtutem, quàm me ob divitiarum copiam celebrari; illud enim boni animi, hoc abundantis fortunæ argumentum eſt. Valete.

120. *Axiocho.*

QUemadmodum ob alia bona, ita ob nobilitatem celebrari fas eſt. Mihi autem virtus unica eſt nobilitas; cætera omnia fortunæ. Et fieri poteſt ut è vilibus naſcatur bonus omnibus regibus nobilior; è bonis contra vilis, ſuorum aliorumque omnium *longè* infimus. Quare animi laudem apud Syracuſanos, non majorum nobilitatem in obſcuris ſucceſſoribus intermortuam oſtenta.

121. *Hime-*

ρκα'. Ἱμεραίοις.

Ἐκέλευσα ὑμῖν Στησίχορόν μοι ἀποστεῖλαι, καὶ Κόνωνα, καὶ Ἑρμοκράτην διὰ τάχους· ὑμεῖς δὲ ἀντὶ Ἑρμοκράτους, καὶ Κόνωνος, καὶ Στησιχόρου, Σαμέαν καὶ Νίκαρχον ἐπέμψατε. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν οἷον ὑμεῖς με ὑπετοπάσατε εἶναι, τοιοῦτος ἤμην, οὐκ ἠγνόουν ὅτι δι' ἐκείνους μὴ ἀποδοῦναι ὑμῖν τι τῶν ἀνηκέστων ἐχρῆν, καὶ ἧκεν ἂν καὶ Στησίχορος καὶ Κόνων πρός με καὶ Ἑρμοκράτης εὐθέως. οὐ γὰρ Κόνωνος μὲν ὑμῖν πεπορνευκότος ἀνθρώπου, ἔστι τις πρόνοια· Σαμέα δὲ καὶ Νικάρχου, ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν, καὶ κάλλιστα ἐξ ἁπάντων ὑμῶν βεβιωκότων, οὐκ ἔστιν. ἀλλ' οὔτε ἐπιεικεῖς ἄνδρας, καὶ μηδέν με ἠδικηκότας, μηδὲ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν, ἀδικεῖν ἐβουλόμην, οὐδὲ νόμον κοινὸν Ἑλλήνων καταλύειν· καίτοι ὑμεῖς γε πολλοὺς νόμους Ἑλλήνων κοινοὺς κατελύσατε, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἐν οἷς πρός με ἐπολιτεύεσθε. λόγῳ δὲ οὐδὲν οἶμαι καταλέγειν, αὐτός τε εἰδὼς, καὶ πρὸς εἰδότας γράφων· ἀλλ' οὐκ ἐμιμησάμην ὑμᾶς, οὐδὲ μιμήσομαι,

121. *Himerensibus.*

JUſſi ut Steſichorum, Cononem, & Hermocratem ad me mitteretis; pro quibus Sameam & Nicarchum miſiſtis. Ego verò, ſi qualem me ſuſpicamini, talis eſſem, non ignarus fui, ſi hoſce non reddidiſſem, ut immedicabile vobis malum *hinc accideret* neceſſe fore, & ad me ſtatim Cononem, Steſichorum, & Hermocratem venturos: neque enim, ſi vobis Conon curæ eſt iſte ſcortator, minùs *erunt* Sameas & Nicarchus, clariſſimi homines, & vitâ inter vos honeſtiſſimâ. Veruntamen probos viros, qui neque mihi neque patriæ ſuæ damni quicquam intulerint, nolui injuriâ afficere, aut communem Græcorum legem violare: vos licet multas ejuſmodi leges in ſuſceptis contra me conſiliis, non ſemel ſed ſæpe violaſtis; quæ quidem verbis recenſere nihil neceſſe arbitror, cùm & ipſe ſciam & ad ſcientes ſcribam. At ego vos neque imitatus ſum neque imitabor,

σομαι, ἐγὼ ὁ ἀνδροφόνος, καὶ ἐναγὴς τοσούτοις ἄγεσιν· ἀλλ' ἔπεμψα ὑμῖν τοὺς πρέσβεις, παρὸν τοῖν δυεῖν θάτερον ἀμογητὶ ἔχειν, ἢ ἐκείνους ὑμᾶς ἀναγκάσαι ἀντὶ τούτων πέμψαι, ἢ εἰς τοὺς ἐν χερσὶν ὄντας ἀφεῖναι τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργήν. καὶ μὴν εἰς τοῦτό γε ἤδη κατέστησε τὰ πράγματα ἡμᾶς καὶ αἱ ἀνάγκαι τοῦ μὴ δικαίως βιοῦν, ὥστε μηδὲν παρὰ τοῦτο χείρους ἡμᾶς νομισθῆναι ἀποκτείναντας τοὺς πρέσβεις ὑμῶν, μηδὲ ἀμείνους σώσαντας. πέφυρται γὰρ ἤδη τὰ ἐμὰ, καὶ μεμίανται, καὶ οἶδα ὅτι μικρὰ ῥοπὴ ἔτι ἡμῖν εἰς εὔνοιάν τε καὶ μῖσος ἀνθρώπων, δίκαιον ἢ μὴ δίκαιόν τι πράσσειν. καὶ εἰς τοῦτο οὐχ ἥκιστά με ὑμεῖς γ', ὦ Ἱμεραῖοι, τὸ σχῆμα κατεστήσατε, καὶ οἱ ἄνδρες ὑμῶν ἐκεῖνοι· καὶ τῶν μὲν ἄλλων, ὅσα ἔπαθον δι' αὐτοὺς κακὰ, ἔστι καὶ συγγνῶναι τοῖς αἰτίοις, καὶ καταχέαι λήθην τῶν γεγονότων· τοῦ δὲ μὴ ἐξεῖναι δίκαιόν τι πράσσειν, τίνα ἄν τις αὐτάρκη δίκην εἰσπράξαιτο παρὰ τῶν αἰτίων; ἐπεὶ τίνας ἦν δικαιότερον ἀπολαῦσαι τῆς ἡμετέρας ἀδικίας, ἢ δι' οὓς ἀνάγκη ἀδικεῖν ἡμᾶς ἐστιν;

ἀλλ'

tabor, Ego, *inquam*, ille homicida & tot tantisq; criminibus pollutus: sed remisi vobis legatos, cum è duobus alterutrum facilè potuerim, aut cogere vos ut illos pro hisce mitteretis, aut omnem iram in illos conceptam in hos, quos in manibus habeo, effundere. Sed res à nobis perpetratæ & injustè vivendi necessitas in eum statum nos adduxerunt, ut neque pejores audiverimus, si legatos vestros occidemus, neque si conservabimus, meliores. Mea omnia vitio vertuntur & inquinantur, & probè scio justa aut injusta agere mihi ad benevolentiam vel odium hominum comparandum levis esse momenti. Et huc incommodi vos præcipuè, Himerenses, vestrique me redegistis: quod ad alia accepta à vestris mala spectat, facile est iis qui fecerint ignoscere, & facta oblivione delere; quis autem ne justa agat impeditus, dignam ab impedientibus repetat pœnam? aut quinam justiùs à nobis injuriam experturi sint, quàm qui nos ad inferendam injuriam coegerunt?

Attamen,

ἀλλ᾽ ὅμως, ὦ Ἱμεραῖοι, ταῦτά γε ἅπαντα σκοπῶν, καὶ ὀργιζόμενος, καὶ τύραννος ὤν, καὶ ἔχων εἰ καὶ πάνυ οὓς οὐκ ἐβουλόμην, ἀλλ᾽ ὧν γ᾽ ἀναιρεθέντων ἐμέλλομεν ὑμᾶς οὐδὲν ἧττον ἀνιᾶσαι, ἐφεισάμην αὐτῶν, καὶ ἀπέπεμψα ἑστιάσας. εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ τὰ δίκαια ἐν μέρει ποιεῖν ἐθελήσετε, λογισάμενοι ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργὴν, ἐὰν εἰς δύο ἄνδρας, ἢ τρεῖς, ἅπαντα ἀποστρέψητε τὰ τῇ πόλει ἐπικρεμάμενα δεινά. εἰ δὲ Κόνων ὁ τέως ὑφ᾽ ἑκάστου ὑμῶν εἰς τὸ σῶμα παροινούμενος σώζεται, αὐτοῖς βάθροις ὑπομένετε ἀνάστατον ἅπασαν γενέσθαι τὴν πόλιν. πειράσομαι γὰρ ὑμῖν μηδὲν ἐπιεικέστερος φανῆναι, ἢ ὑμεῖς νομίζετε.

ρκβ΄. Ἀθηναίοις.

Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς Περίλαος ὁ πλάστης ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, δημιουργήματα πάνυ τῇ κατασκευῇ ἀποχρῶντα κομίζων· ἐφ᾽ οἷς ἄσμενοί τε αὐτὸν ἐδεξάμεθα, καὶ δώροις ἀξίοις, διά τε τὴν τέχνην, καὶ οὐχ ἥκιστα διὰ τὴν πατρίδα, ἠμειψάμεθα. ὁ δὲ ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου χαλ-

Attamen, ô Himerenſes, his omnibus perſpectis, iratus cum ſim & Tyrannus; cùmque *in poteſtate* habeam licèt non quos vellem, tamen quos interfici vos non minùs ægrè ferretis, illis peperci, & lautè ſuſceptos remiſi. Quòd ſi viciſſim juſta facere velitis *hos ad me mittite*, vobiſcum reputantes vos non omnem meam iram *experturos*, ſi impendentia univerſæ civitati mala in duos vel tres viros avertatis. Sin Conon, cujus corpori vulgò illuſiſtis, ſervetur, efficietis ut univerſa veſtra civitas funditus evertatur. Dabo enim operam ut nihilo humanior vobis, quàm vos cenſetis, videar.

122. *Athenienſibus.*

Venit ad nos, ô Athenienſes, faber veſter Perilaus, qui nobis opera ſummâ arte abſoluta attulit: quorum gratiâ læti illum excepimus, & digna *illi* munera cùm ob artem tum præcipuè ob patriam retulimus. At ille non longo abhinc tempore taurum ex ære

χαλκευσάμενος ταῦρον, μεγέθει πλείω τοῦ κατὰ φύσιν εἰς Ἀκράγαντα εἰσήνεγκεν. ἥσθημεν οὖν ζῷον ἐργατικὸν, ἀνθρώπῳ σύντροφον, εἰσδεξάμενοι· καὶ σφόδρα ἡμῖν τὸ θέαμα τυραννικὸν κατεφάνη χρῆμα, κόσμου ἄξιον· οὐ γάρ πω τὸν ἐν αὐτῷ λελοχημένον ἐπεδέδεικτο μόρον. ἐπεὶ δὲ ἀναπτύξας τὸ πλευρὸν ἐγύμνωσε πάσης μὲν ὠμότητος ἀνάπλεω φόνον, παντὸς δὲ θανάτου δυσποτμότερον μόρον, τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες τῶν τρόπων ἐτιμωρούμεθα, καὶ τῆς ἰδίας ἐπινοίας τὴν ἀπόδειξιν αὐτὸν πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ κακουργότερον οὐδένα τοῦ δημιουργήσαντος ἐξεύρομεν, δοῦναι ἠξιώσαμεν. ἀνεβιβάσαμεν οὖν αὐτὸν, καὶ περιήψαμεν ὡς αὐτὸς ὑπεξέθετο πίμπρασθαι. πικρᾶς δὲ τῆς ἐπιστήμης ἀληθεῖς οὔσας τὰς ἀποδείξεις δέδωκεν. οὔτε γὰρ εἴδομεν τίς ὁ τιμωρούμενος, οὔτε ἠκούσαμεν γόων, οὐδ᾽ ὀλοφυρμῶν· τὰς γὰρ ἔνδοθεν ἐμβοωμένας ὀλοφύρσεις ὁ χαλκὸς εἰς τοὺς ἀκουσομένους κολαστὰς ἐξεμυκᾶτο. ὑμᾶς δὲ, ὦ Ἀθηναῖοι, πυνθανόμενος ἄχθεσθαι περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δημιουργοῦ, καὶ δι᾽ ὀργῆς ἔχειν ἡμᾶς ἐθαύμαζον, καὶ τέως

ἀπιστῶ

ære fabricatus grandem ultra naturæ modum Agrigentum tulit. Animal itaque laboribus aptum, & hominum consortio assuetum læti accepimus; & hoc spectaculi Tyranno dignum censuimus, & meritò universo orbi *publicè exhibendum*: nondum enim nobis occultam intus perniciem ostenderat. Postquam autem recluso latere aperuit cædem omni crudelitate plenam & mortem omnium acerbissimam, tum laudatâ hominis arte ipsum ob mores supplicio affeci; & opificem, quo neminem inveni deteriorem, dignum existimavi qui ante alios proprii inventi specimen daret. Illum itaque inclusimus, & ignem, ut ipse indicaverat, subjecimus; sic inhumanæ artis verum edidit specimen: neque enim quis supplicio afficeretur vidimus, neque audivimus gemitus aut lamenta: vociferationes enim intus boantis ad aures nostras æs emugiit. Cùm verò vos, ô Athenienses, artificis necem ægrè ferre & nobis irasci audirem, mirabar, neque adhuc adducor ut

credam:

ἀπιστῶ· εἰ μὲν γὰρ ὅτι μὴ χαλεπωτέρῳ ὀλέθρῳ ἠκισάμεθα αὐτὸν μέμφεσθε, ἀπολογοῦμαι πρὸς ὑμᾶς, τὸ μὴ δυνατώτερον ἐπινοῆσαι μόρον. εἰ δ' αὖ διὰ τὸ ὁπωσοῦν τετιμωρῆσθαι, κινδυνεύετε πανδημεὶ ἐπὶ χρηστότητι ὑπεραυχοῦντες πικροτάτην ὀφλῆσαι ὠμότητα. ἢ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς τοὔργον, ἢ ἁπάσης ὑμῶν τῆς πόλεως εἶναι ἀνάγκη· τοῦτο δὲ διαγνώσεται μόνη τῇ ὑμετέρᾳ πρός με διαθέσει. εἰ μὲν γὰρ δικαίως ἀνὴρ ἀπώλετο, καὶ προσήκει τοὺς τρόπους καὶ τὴν φύσιν οὐδεὶς Ἀθηναίων ἐκείνῳ, οὗ χάριν ἡμᾶς μέμφοισθ' ἄν; εἰ δὲ ἀδίκως, ὑμεῖς μὲν ἐντεῦθεν ὁμολογεῖτε οὐδὲν ἀμείνους εἶναι Περιλάου. ἐγὼ δὲ οὔπω δίδωμι τὴν τιμωρίαν πεπρᾶχθαι ἄδικον, πρὶν ἂν ἐμαυτῷ δόξω παρὰ τὴν δίκην εἰργάσθαι. καί τοι παρὰ τοῦ τυράννου τὸ δίκαιον οὐδεὶς ἐπιζητεῖ, τὸ γὰρ σῶζον αὐτόν, τοῦτο ἔοικεν εἶναι. ἀλλὰ τοὐμὸν ἀσφαλές, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ὀχυρώτατον ὑπερεξελὼν τότ' ἂν δόξαιμι, ὅταν κατ' εὐθεῖαν μὴ τετιμωρῆσθαι δοκῶ. πέποι-

θα

credam: si enim *id* reprehendatis, quòd graviore eum supplicio non affecerim, hoc pro me respondeo, gravius me non *potuisse* excogitare: sin verò, quòd omnino pœnas dederit, cavendum est ne vos omnes qui tam magnificè humanitatem vestram prædicatis, acerbissimæ crudelitatis arguamini. Aut enim unius viri, aut universæ vestræ civitatis erat hoc opificium; utrius fuerit ex vestro erga me animo dignoscetur. Si enim vir justè periit, & nemo Atheniensium illi aut moribus aut naturâ similis sit, quare nos reprehenditis? Sin injustè *periisse dicitis*, confitemini vos nihilo meliores esse Perilao. Ego autem supplicium injustè fuisse sumptum non concedam, priusquam præter jus egisse mihi ipsi etiam videar. Quanquam enim à Tyranno nemo justa exigit, cui quodcunque ad illius salutem facit id etiam fas esse videtur; ego tamen *è contra* securitati meæ Tyrannidisque firmitati tum deesse videor, cùm præter æquum pœnas irrogem. Persua-

sum

θαι δὲ μήθ' ὑμῶν τῳ, μήτε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, τὴν λώβην ἄδικον φανεῖσθαι, ἣν τις ἑτέροις ἐπεκτήνατο, αὐτὸν ἐμφορήσασθαι τὸν μηχανησάμενον· τεκμαιρόμενος ἔκ τε τῶν λοιπῶν ἁπάντων, οὐχ ἥκιστα μὲν τοι καὶ δι' ἐμαυτὸν, ὅτι μοι ταύτῃ μάλιστα προσήκειν τιμωρηθῆναι ἔδοξε· καί τοι γ' ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν ὄλεθρον εὗρε κατὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀχθεινότατον· ἀλλὰ τοὐμὸν ἀσφαλὲς, ἐν οἷς τοῦ φύσει δικαίου κριτὴς ἀπεδείχθην, ἀφῆκα, ἁπλοῦν δὲ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ δίκαιον ἐλογισάμην. καὶ μὴν καὶ ὅτι πικροτέρους ἐὰν πολλοὺς ὑπάρχειν, ᾔδειν ἐμοὶ συναγορεῦσον, καὶ ἡμερώτερος φανεὶς τῆς δόξης, μᾶλλον ἐπιβουλευθήσεσθαι, καὶ ὅτι παύσω πάντα τινὰ προθυμούμενον εἰς ἐμὲ διὰ τῆς τούτου κολάσεως, καὶ ὡς βέλτιον ἴσως τῇ βίᾳ χρῆσθαι, διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν ἐπιχειρούντων· ἀλλ' ὅμως ταῦτα εἰδὼς ἅπαντα, καὶ τῆς ὕστερον εὐφημίας οὐδὲν δεόμενος, δεινὸν ἡγησάμην ἄνθρωπον ἀνθρώποις τοιούτου μόρου ἄρξαντα, ἐᾶσαι ἀτιμώρητον. διὰ τοῦτο οἷς τοὺς ἄλλους

ſum autem habeo neque vobis neque aliorum Græcorum cuiquam pœnam injuſtam videri, ſi quod aliis fabricatus eſt mali ipſe ſubeat faber. Quod conſtare puto tum ex cæterorum omnium ſententiâ, tum potiſſimum ex meâ, cui eum hoc modo punire maximè æquum videbatur; licet mei gratiâ necem hanc graviſſimam contra mihi inſidiantes invenerit: quâ in re, ejus quod naturâ juſtum eſt judex conſtitutus, meam ſalutem poſthabui, & id unum quod per ſe juſtum eſt expendi. Quare cùm ex re meâ fore perſpexerim, ut quàm plurimi ſint crudeles, & ſi lenior eſſem quàm hominum fert opinio fore etiam inſidiis magis obnoxium, & hoc ſupplicio alios à prompto in me animo deterritos iri, & oportere me non niſi neceſſitate adactum in inſidiantes vi uti: cum hæc *inquam* omnia perſpexerim, famæ apud poſteros nihil indigus iniquum duxi, ut qui contra homines homo tale excogitaſſet tormentum impunè abiret. Quare machinis quibus alios

ἄλλοις μηδὲν ἀδικήσαντας αὐτὸν ἠπείχθη τέχναις ἐγκαταπαρῆναι, ταύταις ἐνδίκως ὑφ' ἡμῶν τῶν ἀξιωθέντων χάριτος τοιαύτης ἀνεφευρήθη. τάχα τις ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀκούων τὸ παράλογον, ὡς εἰ δέοι τούτοις αὐτὸν τοῖς ὀλέθροις, οἷς ἐπενόησε καθ' ἑτέρων, περιπεσεῖν τὸν ἐξευρόντα, πολλαῖς πάνυ με ἐριννύσιν ὀφείλεσθαι νομίζει, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐξαρκέσειν ὅλας τῇ αὐτοῦ μιᾷ ψυχῇ, καθ' ἑαυτοῦ δὲ τοὺς μόρους ἀπογράφειν; ἀλλ' εἰ χωρὶς δυσμενείας σκέπτεσθαι ἐθελήσετε, εὕροιτε ἂν οὔτε δρῶντας ἑκόντας ἡμᾶς, οὔτε εἰ πάσχομεν δόξαν τῷ δαίμονι, δικαίως ἀπολαύοντας. καὶ γὰρ ἐξουσίαν ἔχοντες δρᾶν διὰ τὴν τυραννίδα τὰ πρὸς ὠμότητα, ὅμως ἴσμεν ἔκτοπα ὄντα, καὶ μηδὲν τῶν πεπραγμένων ἑαυτοῖς ἀναλαβεῖν δυνάμενοι, τὸ μὲν ὅτι δεινὰ ταῦτ' ἐστὶν, ὁμολογοῦμεν. εἴθε μέν τοι μηδὲ δρᾶσαι αὐτὰ πικρᾷ ἀνάγκῃ ἐβιάσθημεν· καὶ οὐδεὶς ἕτερος ἦν ἄν, ὡς χρηστὸς ἐπαινούμενος, ἡμῶν προόντων. τίς γὰρ ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἢ τῶν ἄλλων

alios minimè illi injurios exuri voluit, iiſdem ipſe à nobis, quibus hoc donum obtulit, meritò incluſus eſt. Aliquis fortaſſe veſtrum, ô Athenienſes, hoc à me temere dictum arguat; nam ſi eodem quemque mortis genere cruciari par eſt, quod in alios excogitavit, cenſebit me omnibus deberi furiis, imò non omnes ſufficere meæ unius animæ, atque ita me in meimetipſius exitium legem ſtatuiſſe. Sed ſi ſemotis inimicitiis rem ipſam conſiderare velitis, invenietis neque nos ſponte *injuſti quicquam* egiſſe, neque ſi quid paſſi ſumus quod Deo viſum fuerit, id juſtè nobis accidiſſe. Quanquam enim nobis ob Tyrannidem crudeles eſſe liceat, eâ tamen uti licentiâ enorme arbitrati ſumus: quumque nihil eorum quæ jam facta ſint revocare poſſimus, tamen atrocia fuiſſe *ingenuè* fatemur. Utinam autem ad ea nos dura neceſſitas non coegiſſet; tum enim nemo præ nobis humanitatis laude honeſtaretur. Quis enim veſtrum eſt, ô Athenienſes, aut aliorum

ἄλλων ἀνθρώπων, ὃς ἐπιβουλεύοντα ἑαυτῷ ἐχθρὸν, οὐ διὰ πάσης ἀμύνης παραγαγὼν ἐτιμωρήσατο; τοιοῦτον εὑρὼν Περίλαον ἐτιμωρησάμην, καὶ σύνοιδα μὲν ἐμαυτῷ ἔκθεσμα δρᾷν, παραμυθίαν δὲ ἔχω, τὸ μὴ μετὰ γνώμης ἐθελουσίου, ὃ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ τιμωρουμένοις οὐ πρόσεστιν. ἐγὼ μὲν, ὦ σοφώτατοι γηγενεῖς Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν τούτῳ τὰ ὑμέτερα ἤθη ἐμιμησάμην. ἐκεῖνος δὲ, ἃ δέον ἔχειν ἡμᾶς τοὺς τυράννους, μετεδίωξε· καὶ δικαίως οὐχ οἷοι φύσει ἦμεν, ἀλλ' οἵους ἡμᾶς αὐτὸς ἔπλαττεν, εἰς αὐτὸν ἐγενόμεθα. εὖ μέν τοι καὶ νῦν ἴστε, ὅτι οὔτε ἐγὼ ἰδιωτεύων, Περίλαος ἂν ἦν, οὔτε ἐκεῖνος μοναρχῶν, Φάλαρις· ὑμῖν μέν τοι οὐχ ὅτι ὄνειδος ἐὰν χαλεπήνητε περὶ τῆς τούτου κολάσεως, ἀλλ' ἐὰν καὶ μὴ κολάζητε τοὺς τοιούτους. κοινῇ μὲν γὰρ ἅπαντας ἀνθρώπους ἠδίκει, καθ' ὃ τοιούτους ἐπενόει μόρους· ἰδίᾳ δ' ὑμᾶς διαβάλλων εἰς ὠμότητα, καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔμφυτον ἦθος λυμαινόμενος.

aliorum hominum, qui insidiantem sibi inimicum omni vindictæ genere afficiendum non censeat? talem expertus Perilaum supplicio affeci, consciusque mihi sum, me injusta quidem patrasse, sed tamen quod solatio esse queat, invitum; cum idem interim à me punitis mecum commune non sit. Ego quidem hac in re, ô sapientissimi indigenæq; Athenienses, vestros mores imitatus sum; ille verò quæ nos Tyrannos decent secutus est; meritò itaque non quales naturâ fuimus, sed quales ipse nos fecit, tales erga illum nosmet gessimus. Bene autem hoc sciatis, quòd neque ego, si privatus, Perilaus essem; neque ille, si monarcha, Phalaris: vobis autem opprobrio fore, non solùm si hujus supplicium indignemini, verùm etiam si huic similes non puniatis: eò enim quòd talia mortis genera excogitavit, universum hominum genus communi injuriâ affecit; singulari autem vos, quibus crudelitatis asperserit maculam, insitosque civibus *vestris* mores polluerit.

λυμαινόμενος. ἅπαντας μὲν οὖν οἶμαι τὸν τρόπον τῆς τιμωρίας ἐπαινεῖν· ἄξιοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι πολῖται. εἰ δέ τις ἐστὶν, ᾧ ὁ μόρος οὐκ ἤρεσεν, ἰδέτω ὡς οὐδὲ Περιλάῳ ἀρεστὰ ἐπράξαμεν.

ρκγ΄. Λυσικλεῖ.

ΟΥ θαυμάζω τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὐδὲν ἔχεις ἐμφερὲς οὔτε τῷ πατρί σου, οὔτε τῷ υἱῷ, Λύσικλες. οὔτε γὰρ εἶ Λυσικράτους υἱὸς, οὔτε Νεοπτολέμου πατήρ. ταῦτα δέ φασι τὴν μητέρα σου, καὶ τὴν γυναῖκα πρὸς πολλοὺς Σικελιωτῶν διαβεβαιοῦσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τῶν μεγάλων τυγχάνειν ἐπαίνων· ἓν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν θαυμαζομένων ἐστὶ, τὸ πρὸς πάντας μὲν, μάλιστα δὲ πρὸς εἰδότας ἀψευδεῖν.

ρκδ΄. Πολυδεύκει.

ΤΟὺς ἐμοὶ περὶ τῶν κατὰ δίκην ἀναιρουμένων πολεμεῖν παρασκευαζομένους Πολύδευκες, ἀκούσαντας καὶ σαφῶς εἰδότας περὶ ὅτου τοῦτο ποιήσουσι, τιμωροὺς ὁμολογεῖν δέον. σὺ

polluerit. *Vos* itaque omnes ſupplicii modum laudaturos puto: hoc enim ejuſmodi civibus dignum eſt. Si quis verò ſit cui hæc mors non placet, *is* ſciat nos neque Perilao quidem placuiſſe.

123. *Lyſicli.*

NOn miror, Lyſicles, cur neque patri neque filio tuo quicquam habeas ſimile. Neque enim es Lyſicratis filius, aut Neoptolemi pater. Hoc autem aiunt & matrem tuam, & uxorem confeſſas apud multos Siculos; adeoque magnam mereri laudem. Hoc enim ex iis eſt quæ laude digna ſunt, apud omnes, præcipuè verò apud ſcientes, vera profari.

124. *Polluci.*

QUi eorum gratiâ, quos ego judicio damnatos ſuſtuli, bellum mihi parant, Pollux, quia & audiverunt & probè ſciunt quamobrem hoc faciunt, ultores ut fatearis neceſſe eſt: tu

σὺ μέντοι κατηγορῶν ἐν Συρακουσίοις ἐμοῦ, τὸ μὲν τιμωροῦ ὡς δεινὸς λέγεις· τὰς δ' αἰτίας (ἃς μάλιστα ἔδει) ἐφ' οἷς ταῦτα ἔπαθον ὡς ἀνήκεστοι, οὐδέποτε ἠξίωσας προσθεῖναι. ἐχρῆν γὰρ, ὦ δημαγωγὲ Πολύδευκες, λέγειν μὲν τὸν θάνατον, ἐπιδείκνυσθαι δὲ τὴν πρόφασιν, ἵνα καὶ παρὰ τὴν αἰτίαν μᾶλλον ἐπαίρῃς τὰ πάθη, καθ' ὧν ἂν πολιτεύῃ. εἰ δὲ αἰσχύνεσθε γυμνῶσαι τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς κατηγορεῖτο, τίνι δικαίῳ πολεμήσετε ἐπ' αὐταῖς, μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδα.

ρκε'. Λακρίτῳ.

ΩΣ μὲν οὐκ ἐχρῆν εἰς κινδύνους καθίστασθαι περὶ τοιαύτης ἐλπίδος τοὺς οὕτω δεδιότας, οὐδὲ ἐβουλόμην ἂν θερμοτέρων ἀποτελεσμάτων λαβεῖν ἐπὶ σοὶ πεῖραν. ἐπειδὴ τὸν ἡμέτερον φόβον ἡ σὴ νενίκηκε ῥώμη, ἀγαθῷ μὲν οἴῃ οἰωνῷ τοιούτῳ κέχρησαι, ὅτι καὶ τἆλλά σοι κατὰ νοῦν γενήσοιτο. τεθαρρήκαμεν δὲ οὐδὲν

tu interim cùm me apud Syracusanos accuſabas, *mihi* ultoris nomen tanquam odioſum imputaſti; cauſas autem (quod maximè oportebat) quare hæc, nimirum utpote inſanabiles, paſſi ſunt, afferre non dignatus es. Oportebat enim, ô concionator Pollux, mortem quidem commemorare, & cauſam etiam *cur illata ſit* oſtendere, ut ex eo præcipuè eorum affectus, apud quos rempubl. geris, vehementiùs incitares. Sin pudet verò cauſas proferre ob quas in judicium vocati ſunt, ego per Deos non intelligo quonam jure ob eas bellum moliamini.

125. *Lacrito.*

SIcut te minimè oportuit tam levi ſpe inductum in tanta *me* timidum adeo diſcrimina conjeciſſe; *ita* neq; me ex audacioribus cœptis virtutis tuæ periculum facere. Quoniam verò noſtrum metum tua ſuperavit fortitudo, bonum hoc omen habes etiam alia juxta animi tui ſententiam eventura. Hinc tamen nobis nihilo

οὐδέν τι μᾶλλον, ἀπηλλαγμένου σοῦ. ἀλλὰ καὶ ἐπιτετάθημεν ταῖς φροντίσι, καὶ μέχρις ἂν ἥκῃς ἡμῖν σῶος πρὸς τὰς ἀπὸ σοῦ πεύσεις ἀνακρεμάμεθα. ἅπερ οὖν καὶ ἀποστέλλοντες προηνέσαμεν, ταῦτα ἂν ἀξιώσαιμεν ἀπηρκότα, περὶ τοῦ χρείου ζητεῖν ἡμῖν περιποιήσασθαι Λάκριτον, ὃν ἀντὶ πολλῶν τόπων καὶ πόλεων καὶ τυραννίδων, καὶ αὐτῆς γε (νὴ τοὺς θεοὺς) τῆς ψυχῆς, ἑαυτοῖς εἶναι νενομίκαμεν.

ρκϛ΄. Τῷ αὐτῷ.

ΚΑὶ τῶν σῶν ὑποσχέσεων μέμνησο Λάκριτε, καὶ τῆς Φαλάριδος ἐρημίας φρόντιζε. ἐν ὅσῃ γὰρ ἀπορίᾳ λείπομαι φίλων, οὐκ ἀγνοεῖς. ἐπιστέλλω δὲ περιφόβως οὕτως ἔχων, οὔτε τὴν τῶν πολλῶν ἰσχὺν πεφρικὼς ἔγωγε (πολὺ γὰρ ἡμῶν εἰσι καταδεέστεροι) οὔτε τὴν τῶν συμμάχων ἀσθένειαν (τῷ παντὶ γὰρ μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔρρωμαι) ἀλλὰ τὴν σὴν περὶ τὰς μάχας προθυμίαν, μὴ μᾶλλον ἤδη σπουδῇ μεταποιήσῃ ἀγαθὸς φανῆναι τὰ πολέμια, ἀχθόμενος εἰ μὴ πᾶσι τοῖς ἔργοις ἐνὶ χρόνῳ πραττομένοις παρέσῃ. μέμνησο δὲ, ὅτι παρακαταθήκην

nihilo plus fiduciæ eſt, dum tu abes; imò plus curæ accedit, & donec ſalvus redeas à reſponſis tuis toti pendemus. Quæ igitur tibi hinc dimiſſo diximus, ea *à te* fieri vellemus, ut nempe præ regione ſtuderes nobis conſervare Lacritum, quem locis multis, civitatibus, imperiis, imo & ipsâ (per Deos) animâ chariorem exiſtimamus.

126. *Eidem.*

ET tui promiſſi memineris, Lacrite, & Phalaridis ſolitudo tibi curæ ſit. Quàm enim amicorum inops relinquar non ignoras. Hæc autem ita timidè ſcribo, non quòd metuam populi potentiam (multò enim nobis ſunt inferiores) aut ſociorum viribus diffidam (omni enim in re hoſtibus antecello) ſed quòd me terreat tua in præliis alacritas, ne jam magis ſtudeas in bello fortis videri, ægrè ferens quòd rebus omnibus uno tempore gerendis non interſis. Memor autem ſis tibi exeunti nos te crediſſe depoſitum,

θήκην σοι σεαυτὸν ἐδώκαμεν ἐξιόντι, ἣν ὑπέσχου σῶον ἡμῖν ἀποδώσειν· καὶ νῦν τοῦθ᾽ ἱκετεύομεν, οὐχ ἵνα τῆς σαυτοῦ φύσεως ἀνάξιόν τι φρονήσῃς (τοῦτο μὲν γὰρ ἀδύνατον) ἀλλ᾽ ἵνα εἰς πολλοὺς ἀγῶνας ἑτέρους ἔχῃς ἐπιδεῖξαι σαυτὸν μαχητὴν φιλόμοχθον· ἐπειδὴ δὲ κἂν αὐτὸς σαυτοῦ γένῃ μαλακώτερος, ἐν ἄλλοις ἡμῖν σεαυτὸν ἐκπεπληρωμένον ἀποδώσεις.

ρκζ΄. Ἐπιστράτῳ.

ΜΗ βιάζου με νικῆσαι δίκας παρὰ σοῦ λαβεῖν, τρὶς ἤδη παρεικότα· μηδὲ ἐμπαραβάλλου τῇ σαυτοῦ ψυχῇ ὡς ἀλλότριον Φαλάριδος ἔλεον, εἰ καὶ πάνυ τοῦτο σέβεσθαι παραιτησάμενοι τῇ τοῦ τυράννου χρησόμεθα ὀργῇ.

ρκη΄. Ἀριφοίτῃ.

ΜΗ λογίζου τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰς τὸν ταῦρον ἀνηλωμένων. πλείους γάρ εἰσιν, ἐὰν τὰς πράξεις αὐτῶν ἐξετάσῃς, ἢ τὰ ὀνόματα· ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τοιοῦτοι ὄντες ὑφ᾽ ἡμῖν ἐγένοντο. σὲ δὲ οὐκ ἠξιοῦμεν οὕτω νεώτε-

ρον

situm, quod incolume nobis te redditurum pollicitus es: & id nunc flagitamus, non ut te quicquam indignum facias (id enim fieri non potest) sed ut in alia multa certamina strenuum te conserves pugilem. Nunc verò etiamsi teipsum paulo magis pusillum præstes, in cæteris te consummatum exhibebis.

127. *Epistrato.*

NE me supplicium à te sumere tandem cogas, qui ter veniam concesserim; neque animo tuo reputes alienam esse à Phalaride misericordiam, etiamsi hanc *jam* minùs reveriti Tyranni utemur irâ.

128. *Ariphœtæ.*

NUmerum eorum, qui in tauro sunt occisi, ne recenseas, plures enim sunt si facta illorum spectes, quàm *si* nomina: qualescunque demum fuerint in nostram redacti sunt potestatem. Te verò ita juvenem

nem

ρον ὄντα πρεσβυτέρας ἐπαναιρεῖσθαι φροντίδας. δυστήνους γὰρ δείκνυμεν, τοὺς ἡμῖν ἀντιπράξαντας· ἐπεὶ δὲ ὀρέγῃ μεταβολὴν τοῦ βίου ἰδεῖν, παύσασθαι μὲν ἔτι παραινῶ, μὰ τοὺς θεοὺς οὐχ ὡς δεδιὼς ὑπὸ σοῦ κακόν τι παθεῖν (οὐ γὰρ ἐκ γυναικείας χειρὸς τυραννοκτονηθήσεται Φάλαρις) ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ σὺ συνάριθμος τῶν εἰς τὸν ταῦρον γενηθέντων γένῃ, καὶ διαβολῆς ἀδίκου μέρος εἰς ὠμότητα, τιμωρηθεὶς ὑπ' ἐμοῦ. ἐὰν δὲ μὴ πείθῃ, τάχα σὺ σφόδρα προσδέχου καὶ περὶ ταύτης ἡμῖν τῆς παραινέσεως ἐκτίσαι δίκας.

ρκθʹ. Τιμολάῳ.

ΤΟ μηδὲν ἁμαρτάνειν, εἰκότως ἴσως καὶ δικαίως θεοῦ νομίζεται· τὸ δ' ἁμαρτάνοντα τούτῳ αὐτῷ πρὸς τὸ μέλλον σεσωφρονίσθαι, ἀνθρώπου· τὸ μέντοι μηδὲ πταίσαντα καὶ ἀτυχήσαντα πεφυλάχθαι, οὐκ οἶδα ἄλλου τινὸς ὑποληφθῆναι δυνάμενον, ἢ κακοῦ. αἰσχρὸν οὖν (ἔτι γὰρ ἐγγίον προσελευσόμεθα) ἑτέροις παράδειγμα τῆς ἀβουλίας γενόμενον, αὐτὸν ἑαυτῷ μὴ δ' ἐκ τῆς οἰκείας συμφορᾶς χρήσιμον γενέσθαι.

ρλʹ. Φαι-

nem ſenilibus curis implicari nolim. Miſeros enim omnes reddimus, qui nobis repugnant. Quoniam autem in mortem temerè ruis, ceſſare te moneo, non mehercle quòd metuam ne quid mali à te patiar (neque enim muliebri manu cadet Phalaris) ſed ne tu cum illis qui in taurum conjecti ſunt numereris, ſupplicioque à me affectus, pars fias injuſtæ de crudelitate meâ calumniæ. Sin morem non geſſeris, hujus etiam adhortationis *neglectæ* pœnam te cito nobis daturum expecta.

129. *Timolao.*

NIhil peccare jure ac merito Dei *ſolius* eſſe cenſetur; poſtquam peccatum ſit, hoc ipſo in futurum reſipiſcere, hominis: cùm autem infæliciter lapſus fueris inde non cavere, neſcio cujus cenſeri poſſit niſi improbi. Turpe eſt igitur (adhuc enim propiùs accedemus) ut qui temeritatis exemplum aliis præbuit, ſibi ipſi ne ſuâ quidem calamitate doctus proſpiciat.

130. *Phæ-*

ρλʹ. Φαιδίμῳ.

Πεπείσμεθα τὸ τρίτον ἤδη μηδὲν ἀδικεῖσθαι ὑπὸ σοῦ, καί τοι χαλεπώτερον ταῖς αἰτίαις ἐφ' ἑκάστῃ κατηγορίᾳ περιεχημένου· ἀλλ' οὖν ἐβουλόμεθά σε, καὶ δίκαιον ἦν περὶ ἡμᾶς εἶναι, τοιοῦτον ᾠήθημεν γεγονέναι· τοὺς δὲ τῶν κατηγορούντων λόγους ψευδεῖς ἐνομίσαμεν, παρ' ὅσον ἐδείσαμεν ἐλέγξαι περὶ σοῦ τὴν ἀλήθειαν. εὖ μέν τοι ἴσθι, ὅτι καὶ τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐν αἰτίᾳ πολλάκις ἐνεχθὲν, ἀσφαλὲς αὐτοῦ τοῦ δαίμονος ἔδοξεν οἱ περὶ αὐτὸν δεδιότες κεκολάσθαι. φρόντιζε οὖν, ὅπως μήτε τὸν τρόπον ἡμῖν τὸν σεαυτοῦ ἐχθρὸν παρέξῃς, μήτε τὴν τύχην. χαλεπὸν δέ σοι δοξάτω, μὴ τοῦτο μόνον, εἰ πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ, καὶ ἐφ' ἑκάστῃ γε ἀδικίᾳ εὖ παθὼν, οὐ τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς οὖσι δικαίοις ἀμύνῃ (ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἐάσω πονηρίας χρηστότητα ἐνέγκασθαι δευτερεῖα) ἀλλ' εἰ μηδὲ σὺ σαυτοῦ πρός με εὐεργετεῖν βεβουλημένου ἂν ἐπιεικέστερος ὀφθήσῃ.

ρλαʹ. Φιλο-

130. *Phædimo.*

Tertiò jam persuasum habemus nullam nobis illatam à te injuriam, graviùs licèt per singulas accusationes criminibus undique urgearis: sed te qualem voluimus, qualemque erga nos esse æquum fuit, talem duximus; & accusantium sermones pro falsis habuimus, quia veritatem de te diligentiùs scrutari verebamur. Bene autem & hoc scias, quòd ii quorum innocentia in judicium sæpe vocata est, quique damnari timent, impunitatem suam fortunæ referendam censent. Cura igitur ut neque tuos mores nobis infestos reddas, neque *tibi* fortunam: & grave ducas non hoc solùm, quòd cùm sæpe & per singulas injurias beneficio à me affectus parem mihi gratiam non retuleris, (neque enim id sinam ut *meam* benignitatem *cujusvis* improbitas superet) verùm etiam quòd erga me, qui tibi benefacere velim, solito humanior nondum evadas.

131. *Philo-*

ρλα΄. Φιλοδήμῳ.

ΕΝ μεγάλῃ μοι δοκεῖς εὐηθείᾳ καθεστάναι, Φιλόδημε, εἰ τοσαύτας εὐχὰς οἴει, καὶ σπονδὰς ἡμῖν ὑπὲρ σοῦ, ὡς οἴκαδε ἀπονοστήσῃς, γενέσθαι, περὶ τῶν πέντε ταλάντων, ὅπως ταῦθ᾽ ἡμῖν σωθείη, ἃ μετὰ τοῦ μηδὲν ἐλπίζειν περὶ σοῦ χρηστὸν ἀπεδώκαμεν, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτοῦ σοῦ τῆς ἑταιρείας. τοῦτο δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδενὸς πλήθους ἐστὶν ἀντάξιον. εἰ δὲ πάντως θέλεις παρὰ σαυτοῦ δοκεῖν ἐκπεπροικίσθαι τὴν παῖδα, ἔστι μὲν οὐδὲν ἧττον καὶ ταῦτα ἐκ τῶν σῶν· εἰ δὲ οὐ δοκεῖς, προσθεὶς ἐκείνοις τοῖς πέντε ταλάντοις τὰ παρὰ σαυτοῦ τοσαῦτα, τὴν προῖκα δέκα ταλάντων ἀνάγραψον· ἵν᾽ (εἰ βούλει) τῆς προικὸς ὁ μέν τι τῆς Φαλάριδος εἴη χάριτος, ὁ δὲ τῆς Φιλοδήμου περιουσίας. μαρτυροῦσα δ᾽ ἡμῖν πρὸς σὲ πολλὰ καὶ μεγάλα Θεανώ, χαρᾶς ἡμᾶς ἀναπίμπλησιν. ἃ γὰρ ἔτι παῖς οὖσα ἔπαθε, μήτηρ γενομένη μαρτυρεῖ.

ρλβ΄. Αγη-

131. *Philodemo.*

VIderis, mi Philodeme, non mediocriter insanire, si me pro reditu tuo vota atque sacrificia ideo fecisse existimes, ut salva mihi fierent talenta quinque, quæ tibi nullâ lucri spe inducti dedimus, & non potiùs tuæ mecum familiaritatis gratiâ: quam quidem (ita me Dii ament) cum nullâ pecuniarum copiâ contulerim. Quòd si filiam omnino à te dotatam videri velis, nihilo minùs tua sunt etiam hæc *quæ à me accepisti*: sin id nolis videri, his quinque talentis totidem ex tuis adjice, decemque talentorum dotem numeres, cujus una pars (si ita vis) Phalaridis liberalitati, altera Philodemi opulentiæ referatur. Quòd autem magna multaque nostra beneficia apud te testetur, abunde nos gaudio replevit Theano. Quæ enim puella accepit, de iis mater facta testimonium præbet.

ρλβ΄. Ἀγησιλάῳ.

Ἡ Τελεσίππη χαλεπῶς ἔοικέ σου φέρειν τὴν ἐν Συρακούσαις μονὴν, εἰς τοσοῦτον δὲ παρέχουσα φιλάνδρου καὶ σώφρονος ἔργον γυναικὸς, ἐμαρτύρατο ἡμᾶς ὡς κατὰ σοῦ τὴν ἀρχὴν πικρὰν ἔχοντας, οὐκ ἀνέξεσθαι φάσκουσα εἰς πλείω σε ἀπόντα, ἀλλ' ἐπιβοησαμένη τὸν ἑαυτῆς πατέρα. γινώσκεις ἴσως ὃ βούλεται πράττειν. ἀλλ' εὖ ἴσθι, καὶ ποιήσειεν ἄν. οὐ γὰρ οἷά τε ἐστὶ δύνασθαι περιορᾶν ὡς ἀλλότριον ἑαυτῆς ἄνδρα νενομισμένον. κἀκείνη μὲν ἐμὲ ἠξίου δύνασθαι ἐπανήκειν σε ἀναγκάσαι, ἐγὼ δὲ ἐκείνην. οὐ γὰρ οὕτως οἴομαί σε Φάλαριν φοβεῖσθαι, ὡς Τελεσίππην φοβεῖσθαι. ἐπάνηκε οὖν, καὶ τοῖς ποθοῦσιν ἀπόδιδου σαυτὸν, εἴθ' ἡμᾶς αἰσχύνῃ μᾶλλον, εἴτ' ἐκείνην ἀξίαν οὖσαν (νὴ τοὺς θεοὺς) ἀγαπᾶσθαι πλέον.

ρλγ΄. Πο-

132. *Agesilao.*

Telesippe tuam apud Syracusanos moram ægrè ferre videtur. Cùm autem hactenus uxoris castæ, & virum amantis officium præstiterit, nos demum quasi durum in te habentes imperium obtestata est, dicitque se (quippe quæ absentiam tuam diutiùs ferre non possit) patrem imploraturam. Nosti fortasse quid velit facere; quin & id porro facturam scias. Non enim verisimile est ut maritum sibi lege vinctum quasi peregrinum *abesse* patienter sinat. Et illa quidem me, ut te redire cogam, valere putat; ego verò illam: non enim te Phalarin juxta ac Telesippen vereri arbitror. Redi igitur, teque iis à quibus plurimùm desideraris redde, sive nos magis, sive illam, quæ ut à te vehementiùs ametur digna est, reverearis.

133. Po-

ρλγ'. Πολυμνήστορι.

ΠΟλλά σοι καὶ μεγάλα πρὸς ἡμᾶς ἐμαρτύρει Λάκριτος, καὶ περὶ τἆλλα μὲν ἅπαντα, μάλιστα δὲ περὶ τῆς συμμαχίας τῶν πελτοφόρων. τῇ γὰρ σῇ σπουδῇ, καὶ τῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἀνδρῶν, τὸ χωρίον ἁλῶναι ἀποφαίνει, καὶ τοὺς ἰδίους ἵππους, ὡς ἔοικέ σοι παραχωρῶν ἀνακεῖσθαι. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐλάμβανες τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς πάσας, ἐδεδοίκειν ἂν καὶ οὕτω μὰ τοὺς θεοὺς, μὴ ἡττῶμαι τῆς φιλοφροσύνης τῆς παρὰ σοῦ· νῦν δέ σου καὶ τὰς χάριτας οὐ καθ' ὃ πέμπονται ἀποδεχομένου, νικᾶσθαι ὁ τύραννος ὁμολογῶ ἰδιώτου ἑνός. εἰ μέν τοι τὸ παρὸν μὴ δέξῃ τὰ τρίτα τῆς λείας διανεῖμαι τοῖς στρατιώταις, ἃ καὶ Λακρίτου διδόντος παραυτίκα οὐχ οἷός τε ἐγένου λαβεῖν, εὖ ἴσθι ὀκνηροτέρους ἡμᾶς γενέσθαι οὐκ εὐπορεῖν (τοῦτο μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐπὶ σοῦ) ἀλλ' εὖ πάσχειν ὑπὸ σοῦ πρὸς τὸ ἐπιὸν ἀναγκάσεις.

ρλδ'. Τῷ

133. *Polymneſtori.*

TIbi apud nos amplum præbuit teſtimonium Lacritus, cùm de aliis rebus præclarè geſtis, tum potiſſimùm de illo cum ſcutatis commilitio: tuâ enim militumque diligentiâ captum ait caſtellum, ſuumque ad te (ubi ut par erat tibi locum ceſſit) equitatum deferri. Ego ſanè, etiamſi acceпiſſes quæcunque ad te miſi, nihilominus vererer ne à tuâ vincerer benevolentiâ: *quanto magis* jam, cùm ea non receperis, me Tyrannum à privato vinci fatendum eſt. Si verò jam tertiam prædæ partem, quam dudum à Lacrito oblatam reſpuiſti, militibus diſtribuendam non acceperis, probè ſcias te nos coacturum ut, non dico ad benefaciendum (hoc enim nobis per te non licet) ſed ad accipienda à te beneficia in poſterum remiſſiores ſimus.

134. *Ei-*

ρλδ΄. Τῷ αὐτῷ.

Ἔδεισας ἡμῶν τὰς ἀπειλάς, οὐ μηδὲ αὖθις δεήσεσθαι· παρ' ὅτι καὶ τὴν λείαν διένειμας ὡς ἠξιοῦμεν, ἀποδοὺς τοῖς πονήσασι τῶν κινδύνων τὰ ἔπαθλα, καὶ καλῶς. ηὔφρανάς τε γάρ, καὶ ἐπέρρωσας μηδὲν ὀκνεῖν αἰτεῖσθαι παρὰ σοῦ, καὶ τοὺς ἄνδρας, ὁπότε δέοι ἀγωνίζεσθαι, προθυμοτέρους ἐποίησας. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο σήκωμα τῶν πόνων χερείς; οὐδείς, ὅστις ἂν ὑποσταίη τοὺς καμάτους. ἄλλοις μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐκομίσω· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λαμβάνων, εἰς τὸ ἐπιτηδείους ἡμῖν κατασκευάσαι τοὺς στρατιώτας, ἐὰν εἰς τὰ μέλλοντα δεηθῶμεν, καὶ ταῦτα λαμβάνειν ἔοικας.

ρλε΄. Τεύκρῳ.

Τοὺς μὲν γάμους ἦρχθαι τῆς Φιλοδήμου θυγατρὸς θᾶττον, ἢ σὺ νῦν ἡμῖν ἐπιστείλας ἔτυχες, ἠκούσαμεν·

134. *Eidem.*

Minas meas timuisti, neque ut te identidem rogem opus est: prædam enim distribuisti ut voluimus, iisque, qui *belli* laborem pertulere, periculorum præmia reddidisti; & hoc pulchrè. Quare ut nos læto erectoque animo simus, nihilque à te petere cunctemur, ut milites etiam, si quando pugnandum sit, alacriùs se accingant, effecisti. Quis enim præmio donatus id *porro* laboribus mereri non contendat? nemo sanè qui iis sustinendis est idoneus. Hæc igitur *munera* in aliorum gratiam accepisti: quæ cùm apud milites, ut in nos prompto sint animo, collocaveris, eo consilio videris accepisse, ne quando nobis in posterum eorum auxiliis opus sit.

135. *Teucro.*

Vide Ep. 131. 142. 143.

Philodemi filiæ nuptias, citiùs quàm tu nobis per epistolam significasti, confectas audivimus.

μένην· φθάνει γὰρ ἡ φήμη καὶ τοὺς πάνυ πολλῇ σπουδῇ περὶ τὰς μηνύσεις κεχρημένους· ἐπεὶ τάχιστα τῶν γινομένων, κἂν διὰ μακροῦ τὸ πραχθὲν κομίζῃ, ἄγγελος ἡ θεός. καὶ ἡμεῖς τάχα ἂν εἰκότως ἐμεμψάμεθα αὐτὴν τοιοῖσδε περιδεδόσθαι, καὶ διὰ τἄλλα μὲν ἀδίκως εἰς τοσαύτην ὠμότητα διαβαλλόμενοι, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ ταύτην κατεγνωσμένοι. φέρει γὰρ ἡμᾶς κακοὺς πανταχόθεν περιβοῶσα τοῖς ἀκουσομένοις· καὶ διὰ ταύτην, οὐδ' ἰδόντες ἐμὲ τῶν νῦν ὄντων τινὲς, οὔτε πειραθέντες, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων γεγονότα ὀλέθρῳ προβέβληνται. ταῦτα μὲν οὖν ἐμὰ ταλαιπωρήματα, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου. τὴν δὲ οἰκίαν, εἰς ἣν ἐτελέσθησαν αἱ πρῶται συνόδοι, Λέοντί τε καὶ Θεανοῖ κατέχειν αὐτοὺς, ὡς ἔχουσιν, ἐπίτρεπε, μηδὲ ἀνίστα τὸν Ὑμέναιον ἀπὸ τῆς ἑστίας, ἔνθα ᾔσθη. ἄξιον τὸ δώρημα τοῖς κομισομένοις ἀποδοχῆς νενομίκαμεν. φίλτατα γὰρ τὰ χωρία τοῖς νυμφαγωγηθεῖσιν, ἔνθα ἂν τὰ πρῶτα δεσμὰ ἀπόθωνται παρθενίας.

φθόνου

mus. Fama enim etiam eos, qui in rebus indicandis maximè aſſidui ſunt, prævenit; utpote quòd Dea, etiamſi per longa intervalla deferat, facinorum velox ſit nuncia. Et eſt ſanè cur ego cum illâ *de injuriis* meritò expoſtulem, quòd talem me *vulgo* exhibuerit, *quodque* cùm aliis de cauſis, tum non minimè ob illius calumnias crudelitatis infamiâ damnatus ſim; undequaque enim circumſonans apud omnes malum me prædicat. Quare nonnulli qui neque viderunt me, neque experti ſunt, nihilominus quaſi natum in humani generis perniciem execrantur. Et hæc quidem alteri eveniunt nemini, ſed mihi propriæ ſunt ærumnæ. Quin tu Leonti & Theano domum eam, in quâ primùm convenere, uti jam habent, adhuc tenendam permittas, neque Hymenæum ab iis laribus, ubi cantu celebrari cœpit, amoveas. Dignum hoc donum cenſui quod qui accepturi ſunt amplectantur. Sponſis enim chariſſima ſunt ea loca, ubi primum iis ſoluta eſt zona.

Invidiâ

φθόνου δὲ Συρακουσίοις μᾶλλον ἄξιος Φιλόδημος, ἢ ἐλέου κριθήτω· καὶ μηδεὶς εὐτυχὴς οὕτως ἐν εὐδαιμονίας μοίρᾳ, ὡς ἐκεῖνος ἐν κακοπραγίᾳ τύχης τοῖς φθονοῦσι νομισθήτω. Φάλαριν δὲ μισείτωσαν ἅπαντες (οὐ γὰρ παραιτοῦμαι μῖσος ἀζήμιον) εὐχέσθωσαν δὲ καλῶς κατὰ σφᾶς, κἂν μή τισι παρασιωπῶνται, τοιούτων καὶ αὐτοὶ λαβέσθαι φίλων.

ρλϛʹ. Τιμάνδρῳ.

ΤΑ πολιτεύματά σου τὰ ἐν Καμαρίνῃ, Τίμανδρε, καὶ ὁ πολὺς οἰκτισμὸς ὑπὲρ τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἀπολλυμένοις, ἐπέρρωσε (μὰ τὸν Δία) οὐδὲ βουλομένους τοὺς περὶ Κλεόμβροτον ἐνεῖρξαι τῷ ταύρῳ. ἐδεδοίκειν γὰρ ἄδειαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσας, παῦσαί σε κατ' ἐμοῦ τὴν πόλιν ἀνιστάντα. ἡδέως γὰρ ἐμαυτὸν πολίτευμα παρέχω τῷ δήμῳ, ἕως οὐκ αἰσχύνονται Καμαριναῖοι τῶν σῶν ἀνεχόμενοι λόγων,

οὗ

Invidiâ autem magis quàm misericordiâ à Syracusanis dignus judicetur Philodemus; nemoque invidis videatur ita fælix in prosperis rebus, atque hic in *ipsis* infortuniis. Phalarin autem omnes odio prosequantur (odium enim *imbelle & innoxium* non deprecor) at secum *interim* vehementer optent (quod etiam apud quosdam non dissimulant) ut tales ipsi consequantur amicos.

136. *Timandro.*

TUa apud Camarinenses reip. administratio, Timander, & plurima ob eos, qui à nobis occisi sunt, querimonia nos mehercle etiam invitos impulit, ut Cleombrotum tauro includeremus. Verebar enim ne tu, datâ illi veniâ, civitatem in me commovere cessares. Meipsum enim populo libenter do, ut de me *quicquid velit* in publicis consiliis agat, quamdiu Camarinenses tuis consiliis auscultare non erubescant,

cujus

ἢ τὰ πολιτεύματα, οὐχ ὅπως ἐπὶ Φάλαριν ἀμήχανα, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐπὶ οἰκέτην Φαλάριδος ἂν θείην. καὶ χαλεπὸν μὲν, εἰ καὶ πάνυ συνέφερεν αὐτοῖς πολεμεῖν Ἀκραγαντίνοις, τὸ πεισθέντας ἅψασθαι τῶν ἔργων· νῦν δὲ ὁ πόλεμος αὐτοῖς τῷ παντὶ βαρύτερος τοῦ συμβούλου, μᾶλλον δ᾽ ὁ δημηγόρος οὐδὲ μικρὰ ῥοπὴ τῆς τούτου ταλαιπωρίας. ἐγείρειν μὲν τοι τὰ πλήθη λέγοντα τὰς αἰτίας ἥρμοζεν, ἵν᾽ ἡ πεισθεῖσα πόλις ὑπὸ σοῦ στρατεύεσθαι πολεμικοῦ σφόδρα ἀνδρὸς ἀναγράφηται, ὑπὲρ οἷα πεπραχότων τιμωρὸς ἀνίσταται. ἀλλ᾽ οὐκ ἐθέλετε. καθ᾽ ἕνα γὰρ ὑμῶν ὀνομαζόντων πολλὰς αἰτίας, ἀπηρτημένας ἔξω δείκνυτε· ἀλλὰ μὴν εἴ τις ἀφεὶς τοὺς ἐν τέλει, διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ὅσιον, αὐτόν σε σκέπτοιτο, οὐ πάντων χαλεπωτέρου τυχεῖν ὀλέθρου νομίσειεν ἄξιον εἶναι, ὃς ἀποδόμενος τὴν οἰκίαν, καὶ τὰ χωρία, καὶ (εἴ τι σοι πατρῷον ἦν) ἀνδράποδον, στρατιὰν ἐπ᾽ ἐμὲ μισθοφορεῖς, καὶ Καμαριναίους

cujus machinationes non ſolùm non Phalaridi, ſed ne ſervo quidem Phalaridis nocere poſſunt. Et difficile ſanè foret, etiamſi utile admodum videretur cum Agrigentinis bellum, perſuadere iis ut rem aggrederentur: jam verò bellum omnino gravius eſt iis quam conſiliarius; vel potiùs orator ad has *belli* ærumnas non parvum affert momentum. Cùm populum *ad arma ſumenda* excitares, oportebat ſimul cauſas *cur ſumerent* commemorare, ut civitati, quæ à te viro *nempe* admodum bellicoſo perſuaſa eſt ad bellum inferendum, exponeretur ob quæ *tanta* ſcelera ultrix exurgeret. Sed *hoc* noluiſtis. Cùm enim veſtrum quiſque multas recenſeat cauſas, eas tamen oſtendit quæ ad rem nihil pertinent. At ſi quis magiſtratus, *quibus convitiari* nefas videtur, miſſos faciat, &c ipſum te diligentiùs contempletur, neceſſe eſt graviſſimâ morte dignum cenſeat; qui venditâ domo, prædiis, mancipiiſq; (ſi quæ à patre tibi relicta ſunt) exercitum in me pretio conducis, & Camarinenſes

Καμαριναίους νεώτερα ἀναγκάζεις φρονεῖν. ταῦτα δὲ ποιῶν οὐδὲν ἀλλ' ἢ σαυτὸν μὲν ἀπέγνωκας (ἄξιον ἴσως ὄντα, πολλὰ γάρ σοι καὶ δεινὰ πεπράκται) βιάζῃ δὲ τὴν πόλιν τῆς σῆς ἀφροσύνης οὐκ ἐπαίουσαν ἀπολαῦσαι.

ρλζ'. Ἐνναίοις.

ΕΚ πολλῶν πάνυ χρημάτων, ὧν ἐδανείσασθε παρ' ἐμοῦ, ὀκτὼ τάλαντα μόνον ἀποδοῦναι πείσαντες, καὶ ταῦτα ἐν οἷς μάλιστα χρείας χρημάτων ἐδεόμην ἐπικουφισθέντες, οὐδὲ περὶ ταῦτα εὐτακτήκατε, ἀλλὰ τέσσαρα μόλις ἀχθόμενοι, καὶ στένοντες διελύσασθε, τέσσαρα δὲ ἀκμὴν κατέχετε. καὶ μὰ τοὺς θεοὺς, οὐχ οὕτω περὶ τούτων ἄχθομαι, ὡς περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀφεθεῖσι χάριτος. ἡ μὲν γὰρ χρεωκοπία ὑμῶν (ἐὰν ἐπιτρέπωμεν καὶ τοῦτο) τεσσάρων μόνον ταλάντων ἔχει ζημίαν· ἡ δ' ἀχαριστία ὑπὲρ δεκατάλαντον τὴν βλάβην. ὁμοίως γὰρ καὶ ταῦτα ἀποδώσειν ὑπισχνεῖσθε, καὶ τὰς περὶ ἐκείνων εἰδέναι χάριτας ὡμολογεῖτε· ὥστε οὐδεμία

Camarinenſes novis rebus ſtudere cogis. Hoc apparatu nil *aliud agis*, niſi ut *non modò* vitæ tuæ ſpem omnem abjicias (quod forte ob multa à te ſcelerate perpetrata meritus es) ſed & civitatem pariter invitam in ſtultitiæ tuæ ſocietatem trahas.

137. *Ennenſibus.*

Vide Ep. 148.

EX multis pecuniis, quas à me mutuò accepiſtis, cùm octo tantùm talenta poſceremus, quibus inopia veſtra etiam tum, cùm mihi maximè iis opus fuit, levata eſt, ne in his quidem vos bene geſſiſtis, ſed quatuor inviti *tandem* vix ægre ſolviſtis; quatuor verò adhuc retinetis, ob quæ (per Deos) non ita indignor, ac ob remiſſa illa, quorum apud vos periit gratia. Veſtra enim fraudatio (ſi & hoc permittam) mihi quatuor ſolùm talentis conſtat, ingratitudo autem etiam decem talentorum ſuperat jacturam. Similiter enim & hæc vos reddituros polliciti eſtis, & pro illis gratiam habere confeſſi: ita ut nulla

οὐδεμία περὶ τῆς ἐν ὑμῖν οὔσης ἀχαριστίας λείπεται ἐλπὶς, εἰ τότε ἐφ' ἡμῖν οὖσαν κομιδὴν οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐκτίνειν. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ ταύτης ἐστὲ τῆς γνώμης, ἐγὼ πυνθανόμενος ὑμᾶς παρὰ τῶν πρέσβεων ἐνδεῶς ἔχειν, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων εἰσφέρειν, ἀφίημι καὶ τοῦτον τὴν πόλιν· μᾶλλον δὲ, εἰ καὶ τὰ ἀποδοθέντα βούλεσθε λαμβάνειν, ἀποπέμπειν ἕτοιμός εἰμι, εἰ μέλλετε ἐπωφελεῖσθαι, καὶ μὴ οἱ τὰ τοῦ δήμου κλέψαντες, ἐξ ὧν ὑμεῖς κοινῇ πένεσθε, καὶ ταῦτα οἴσονται. τὰς δὲ ἀναστάσεις τῶν εἰκόνων, ἃς εὐεργεσίας ἀμοιβὴν εἰς ἐμὲ πρεσβεύοντες ἐπαγγέλλεσθε, μὴ φιλοτιμεῖσθε· μετὰ γὰρ τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ τὴν εἰς ταῦτα ὑμῖν χαρίζομαι δαπάνην.

ρλη'. Λυσάνδρῳ.

Ἔφθάκαμεν τὴν παρὰ σοῦ πεμπομένην συμμαχίαν. πρὶν γὰρ ἐλθεῖν τοὺς παρὰ Εὐκλείδου στρατιώτας, εἴδομεν τοὺς πολεμίους. ὥσθ' ἡμᾶς εἰς μὲν τὴν μάχην

nulla ſpes de veſtrâ ingratitudine ſuperſit, ſi vobis, cùm ſolvendi fuit copia, ſolvere tamen viſum non fuerit. Quòd ſi hoc animo non ſitis, voſque à legatis veſtris inopiâ laborare cognoverim, & ex privatis quemque domibus aliquid *in ærarium* conferre, civitati etiam & hæc remitto: imò ſi velitis ea etiam quæ reddidiſtis redonare paratus ſum, ſi quid vobis inde emolumenti futurum eſt, neque depeculatores, qui populi bona rapiunt, unde pecuniæ publicæ tanta vobis penuria eſt, hæc quoque ablaturi ſint. Cæterùm de ſtatuis erigendis, quas gratitudinis ergo mihi per legatos polliceminì, nihil laboretis; cùm enim meam ipſius *pecuniam*, tum certè veſtrum vobis in hæc ſumptum *facilè* condono.

138. *Lyſandro.*

SUppetias à te miſſas prævenimus. Priuſquam enim Euclidis milites venirent hoſtes conſpeximus. Ita ut à conductis militibus utpote nimiùm tardis ad

μάχην ὑπὸ τῶν μισθοφόρων ὑστερησάντων μηδ᾽ ὁπωσοῦν ὀνῆσαι, εἰς δὲ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους πλεῖστον. εἰς ὀλίγους γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀγωνισαμένους, οὐκ εἰς ἅπαντας ἡ νίκη ἀνάκειται· κινδύνων δὲ μειζόνων μετασχόντες ἐπάθλων λαμπροτέρων ἐτύχομεν.

ρλθ'. Ἀριμάχῳ.

ΟΥκ ἄχθομαι τῆς διαβολῆς, οὐδὲ τῆς δόξης, ἣν ἔχουσιν ἐπ᾽ ἐμοὶ οἱ νῦν ἄνθρωποι. ἰδὼν γὰρ ἐν ἴσῳ τὸ ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ πολλῷ δικαιότερον ἤδη τοῦ δικαίου νενομισμένον τὸ ἄδικον, τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ ἐπικρύπτεσθαι, ὥστε ἐπ᾽ αὐτοῖς παῤῥησιάζεσθαι, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις φύσει τοιούτοις, ἐμοὶ δὲ ἀνάγκῃ γενέσθαι συμβέβηκεν· φημὶ γὰρ καὶ ἡμῖν τὰ παράνομα προσγεγενῆσθαι πάθη, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ αὐτὸ ἔμφυτον εἶναι. διαφέρει δὲ ἐνὶ τούτων, ὅτι ἡμεῖς μὲν τύραννοι δοξασθέντες, ἔχοντες ἐξουσίαν, ὁμολογοῦμεν· ἐκεῖνοι δὲ ἰδιῶται ὄντες, τὸ πρόσσον διδιᾶσι δίκην δοῦναι, ἀρνοῦνται.

ρμ'. Πολυ-

prœlium nihil juvaremur, ad gloriam verò & laudem quamplurimum. Paucis enim qui pugnavimus, non omnibus victoria tribuitur; & cum majora sustinuerimus pericula, præmia etiam splendidiora consequuti sumus.

139. *Arimacho.*

Vide Ep. 29.

PArum me sollicitum habent calumniæ, aut eæ, quas nunc dierum homines de me fovent, opiniones. Cùm enim videam perinde esse justè sive injustè agere, vel potiùs quod iniquum est justius multò videri quàm quod æquum, tantùm abest ut hoc celem, ut libere atque audenter profitear, alios naturâ tales esse, mihi autem hæc ex necessitate contigisse; nefarios inquam affectus aliis omnibus mecum communes esse contendo. Hoc unum *mihi atque illis* interest, ego cum Tyrannus existimer, adeoque mei juris, *quicquid commisero*, palam fateor; quod privati illi, pœnam metuentes, inficiantur.

140. *Poly-*

ρμ'. Πολυστράτῳ.

Ἐγὼ τῶν μὲν εὖ πεπονθότων ὑπ᾽ ἐμοῦ οὐδένα ἂν εἴποιμι, οὔτε πρὸς σὲ, οὔτε πρὸς ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα. οὐ γὰρ δήπου, ἵνα σὺ δέξαιο τὰς παρ᾽ ἡμῶν δωρεὰς, ἃς πεμπομένας παραιτεῖς, τὸ καὶ ἑτέρους πολλοὺς ἐπιδείκνυσθαι λαβόντας πρέπον ἐστί· προσέτι καὶ ἀνυπόπτως τοῖς λαβοῦσιν ὀνειδιοῦμεν. οὐ γὰρ οἰόμεθα ὀνείδους ἀπηλλάχθαι, οὔτε ἂν αὐτός τις ἕκαστος ἰδίας εὐεργεσίας διεξίοι, οὔτε ἂν ἑτέρων λεγόντων ἀκούειν ἐθέλοι. ὅσοι μέν τοι παρὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην βίᾳ καὶ ἀδικίᾳ πολλὰ τῶν ἐμῶν ἀπώλεσαν, ἔξεστί σοι λογίσασθαι· καί τοι πολλοὺς ἂν σφόδρα εὕροις περὶ πλείστου ποιησαμένους τὰ δίκαια κατασχεῖν, ἔπειτα ἀποτίσαντας οὐχ ἑκουσίως, ἀλλ᾽ ἀνάγκῃ, καὶ φόβῳ πολέμου, καὶ ὅπλων. τινὲς ὁσιώτατα, ἀλλὰ καὶ πάντων εὐσεβέστατα κατέχον, ἐφ᾽ ὅσον ῥώμης μετεποιοῦντο· οὐ γὰρ δήπου προστρόπαια χρήματα καὶ ἐναγῆ μετὰ κινδύνων τοσούτων κατασχεῖν ὑπέμειναν, ἃ καὶ ἀναγκαζομένους λαβεῖν ἐχρῆν ἀπώσασθαι.

τίνα

140. *Polystrato.*

EX illis, qui à me beneficiis affecti sunt, neminem neque tibi neque alteri cuiquam indicavero. Non enim, ut tu munera nostra accipias quæ missa contemnis, ideo alios, qui acceperint, ostendere generosum est: quippe ita illis, qui *hæc* nihil tale suspicati acceperunt, *accepta* exprobrarem; neque enim hujusmodi vitio liberos duco, vel qui sua beneficia enumerant, vel qui ab aliis enumerata audire cupiunt. Quot verò, me invito, bona mea vi atque injuriâ perdiderunt, tecum licet reputes; & sanè multos invenias, qui cùm æquitatem plurimi facerent, *mea tamen quasi jure quodam* detinuere, postea verò non sponte, sed necessitate, & belli atque armorum metu restituerunt. Nonnulli viribus freti sanctissima & *Diis* religiosè consecrata occuparunt: nunquam enim devotas atque impuras pecunias tanto cum periculo detinere voluissent, quas si coacti fuissent accipere, oporteret repudiare.

Qualia

τίνα οὖν σὺ (πρὸς Διὸς) ὑποπτευόμενος, οὐκ ἤθελες τὴν δωρεὰν λαμβάνειν; ἐπεὶ καὶ αἱ προφάσεις, ἃς σὺ προσποιούμενος ἔλεγες παραβεβλῆσθαι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ, καὶ μυρίοις ἑτέροις λύονται. μαρτυροῦνται γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τὰ χρήματα καθαρὰ εἶναι, εἰ μὴ τούτῳ διαφέρει, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν δι' ἀδίκου ὀνόματος τῆς ἁρπαγῆς ἔχειν ἐβιάζοντο, καὶ τοῦτο προστιθέντες τῷ ἀσεβεῖν· σὺ δὲ μετὰ τῆς δικαιοτάτου λήψῃ, φίλου πιστοῦ διδόντος ἑκουσίως.

ρμα'. Ἀγεμόρτῳ.

ΗΣθόμην ποτέ, ὦ Ἀγέμορτε, ὅπως περὶ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἐβουλευσάμην. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ἠνίασεν ἡμᾶς ἡ περίβλεπτος αὕτη μοναρχία, περὶ ἧς ὁ ἄβουλος ἐγὼ τοὺς πολλοὺς πόνους καὶ κινδύνους ὑπέστην ἑκών· μεγίστου δὲ ἐν αὐτῇ τούτου κακοῦ ἐπειράθην, εἰ μηδὲ εὖ παθεῖν τις ὑφ' ἡμῶν ἐπιεικὴς ἀνὴρ βούλεται· ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα, ἂν δεήσῃ χαρίσασθαί τινι τῶν δεομένων, τοῖς ἐξωλεστάτοις χαρίζεσθαι·

Qualia igitur (per Jovem) mea ſuſpicatus es dona, quæ recipere dedignaris? ſiquidem prætextus, quos impedimento eſſe finxeras, & hoc modo & infinitis aliis ſolvuntur. Hoſtes enim ipſi pecunias puras eſſe teſtantur, niſi hoc interſit, quòd quæ illi injuſto rapinæ nomine poſſident, adeoque ſcelerate agunt, tu juſtiſſimo *titulo* utpote ab amico fideli ultro donata accipies.

141. *Agemorto.*

NUnc demum ſenſi, ô Agemorte, quàm *malè* rebus meis conſuluerim. Nam illuſtris illa monarchia, cujus gratiâ tot labores atque pericula ultro inconſultus ſuſtinui, cùm alia multa ſecum attulerit infortunia, tum hoc ex iis graviſſimum expertus ſum, quòd ne beneficiis quidem à nobis affici probus quiſquam dignetur; adeo ut ſi largiendum ſit, omnino neceſſe habeam hominibus perditiſſimis largiri:

ζεσθαι· οἱ γὰρ εὐγνώμονες ὑμεῖς, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀπεστραμμένοι, τί γὰρ ἄλλο ἢ δεδίατε εὖ παθεῖν ὑπ᾽ ἐμοῦ; ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν, τοσούτων ἐμοὶ καὶ συμφοιτητῶν γενομένων, καὶ συνεφήβων, καὶ φίλων, οὐδὲ εἷς ἀφῖκται ὑμῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὑπέσχηταί τις ἀφίξεσθαι πρὸς ἐμέ, πλὴν Καλλισθένους; καὶ εὖ οἶδα γάρ, οὐδὲ ἐκεῖνος ἀφίξεται. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἴσως εἰσί τινες ἀποφυγαί, τοῦ μὴ δοκεῖν ἀναφανδὸν βδελύττεσθαί μου τὰς δωρεάς, ὅσοις ἐλθεῖν γε κατ᾽ ἀρχὰς ὡς ἐμέ, τοὺς μὲν νόσοι, τοὺς δὲ πατέρες, πολλοὺς δὲ κωλύει τὰ πολιτικά. σὲ δὲ ἐγὼ εὖ εἰδώς, οὐδὲ ἐπεχείρησά πω καλέσαι, μέλλων γε μὴ τυγχάνειν· οὐδὲ καλέσαιμ᾽ ἂν ἔτι τὰ μάλιστα νῦν τήν τε ἀρρωστίαν ἀκούων σου, καὶ τοὺς παῖδας, οὓς μετὰ τὸν ἔκπλουν τὸν ἡμέτερον οἴκοθεν ἐπυθόμην ἐκ Πραύλης σοι γεγεννῆσθαι. καὶ συνήσθην γε, νὴ Δία, τοῦ πρὸς πλεῖστον ἀνακείσεσθαι, κήδους ἕνεκεν, καὶ τῆς πολυπαιδίας. τίς οὖν ἀπολείπεταί σοι πρόφασις, τοῦ μὴ οὐ δεδιέναι σε δοκεῖν, ὅστις, ὦ θεοί, πέμψαντος ἔναγχος ἐμοῦ σοι, οὐ (μὰ τὸν Δία)

giri: Vos enim viri boni *à me* neſcio quomodo voluntate alieni quid aliud *æquè* metuitis, ac meam in vos liberalitatem? nam quî fieri dicam quòd ex tot, quos familiares & amicos habeo, ne unus quidem ad me venerit, imò ne ſe venturum pollicitus fuerit, præter Calliſthenem? quem etiam probè ſcio nunquam venturum. Alii fortaſſe effugia habent, ne dona mea deteſtari apertè videantur, è quibus, quo minùs ad me principiò venirent, nonnullos adverſa valetudo, nonnullos parentes, alios res politicæ impedierunt. Te verò ne vocare quidem unquam volui, quum bene ſcirem me nihil impetraturum; neque adhuc vocarem, præſertim nunc cùm & de infirmitate tuâ, & de pueris, quos tibi è Praulâ poſt noſtrum è patriâ digreſſum natos audivi, certior factus ſim. Atque (per Jovem) gratulor tibi diutinam tuam conjugii, & augendæ ſtirpis gratiâ *domi* manſionem. At quis tibi relinquitur prætextus ne *dona mea* timuiſſe videaris, qui cum nuper tibi miſiſſem onus (per Jovem)

διὰ) φόρτον ἐπίφθονον, οἷον ἔμελλεν ὄψεσθαι παραπεμπόμενον μετ' αὐλῶν καὶ παιάνων πᾶσα ἡ πόλις· ἀλλὰ χρυσίδιον, καὶ τοῦτο νύκτωρ, ἀωρὶ παντάπασιν· ὥσπερ τι ἄγος, ἢ μίασμα ἰδὼν ἀπόρροιαν, αὐτόθεν ἀπεστράφης; ὡς εἰκός· κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἦν δῶρα, καὶ πεφυρμένα φόνῳ ἀνθρώπων. καὶ μεγάλως σχέτλιος εἶ τις, καὶ ἀγνώμων τὸν τρόπον, ὦ Ἀγέμορτε· καὶ μέν τοι πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀνηλεὴς, ὃς οὐκ οἰκτείρεις με κακοδαίμονα ὄντα, καὶ διακείμενον οὕτως, ὥσπερ διάκειμαι νῦν ἀθλίως· ὃς οὗπερ ἕνεκα ὠρέχθην μάλιστα μοναρχίας, ἵν' ἔχοιμι λαμπρὸς εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, ἐπειδὴ τάχιστα τούτου κατ' εὐχὴν παρὰ τῶν θεῶν ἔτυχον, οὐκ ἔχω πρὸς οὓς ἐλλαμπρύνωμαι ταῖς χάρισιν· ἀλλ' ὃ μόνον ἦν μοι πάντων παραμύθιον τῶν κακῶν, καὶ τούτου με ἀπεστερήκατε ὦ φίλοι, μηδὲ εὖ ποιεῖν μηδένα ὑμῶν ἐπιτρέποντες ἐκ τῶν περιόντων· ἀλλ' εἰς ἀνάγκην καθεστήκαμεν (ὦ θεοὶ) μὴ προσιεμένων ὑμῶν τὰς δωρεὰς, οἷς βούλομαι διδόναι, τῶν κολάκων καὶ τῶν βωμολόχων τῆς τυραννίδος διδόναι, οἷς οὐ βούλομαι.

ρμβ'. Τεύ-

Jovem) haud invidiosum, quale cantu tibiisque comitatum universa civitas spectaret; sed pauxillum auri idque nocte omnino intempestâ; quasi triste aliquod & execrandum piaculum vidisses, recessisti? *nempe* ut par erat; siquidem mali viri & cæde hominum polluti dona videbantur. Verùm iniquus es moribusque ingratis ô Agemorte; imò & erga me immitis, qui mei infælicis atque ita, uti nunc sum, malè affecti non misereris. Ego enim, cujus gratiâ maximè regnum affectavi, nimirum ut in amicos liberalis essem, cum id jam à Diis impetravi, non habeo in quos liberalis esse possim: sed quod mihi solum erat in omnibus miseriis solatium, id à me vos amici abstulistis, qui non permittitis me ex superfluis opibus vestrum quenquam beneficiis ornare. In eam itaque (Dii Boni) necessitatem redacti sumus, ut dona, quæ vos non accipitis quibus dare velim, in eos quibus nolim adulatores, & Tyrannidis meæ assentatores conferam.

142. *Teu-*

ρμβ΄. Τεύκρῳ.

ΤΗν Φιλοδήμου γυναῖκα Κλεαινέτην (οἶσθα δήπου ἣν λέγω Τεῦκρε) βουλόμενος ὑπὲρ θυγατρὸς γάμων ἰδεῖν, τοῖς ἐν ποσὶν ἐκωλύθην· ἐφ᾽ ἃ καί σε προσεκάλουν ἥκειν ἄν, εἴπερ μὴ περὶ τοιαύτης κηδεμονίας ἐγνώκειν ἐν Συρακούσαις καταλιπεῖν· ἔνθεν καὶ περιεσσότερον αἴσθοιο ἄν, ὡς οὐκ εἰκῆ σοι περὶ αὐτῶν ἐπιστέλλομεν. μέτελθε ταύτην αὐτὸς, καὶ πέντε τάλαντα ἀνάδεξαι προικὸς τῷ κηδεστῇ, γαμουμένης τῆς παιδὸς, μὴ μᾶλλον ὡς δωρεᾶς διδομένης, ἢ χρέος ὀφειλόμενον ὑπ᾽ ἐμοῦ διορθούμενος. ἐὰν μέν τοι πυνθάνηται, πόθεν ἔχομεν Φιλοδήμου τοσαῦτα χρήματα, μὴ φάσκε εἰδέναι· ἀλλ᾽ εἰς ἐμὲ τὸν λαβόντα, καὶ Φιλόδημον τὸν δόντα, τὸ γινώσκειν ἀνάφερε· καὶ διὰ σπουδῆς μὲν ἔχε, Λέοντα κηδεστὴν ποιήσασθαι· ἀφίκετο γὰρ ὡς ἡμᾶς μετιὼν τὸν γάμον, κἀγὼ διὰ τάχους πάνθ᾽ ὑποσχόμενος, ἀπέσταλκα αὐτὸν ὡς σε. κἂν δὲ ἄλλον τινὰ ἀμείνω εὕρηται νυμφίον ἡ μήτηρ τῆς παιδὸς, ἐκείνῳ

142. *Teucro.*

CUm mihi Cleænetam Philodemi uxorem (ſcis utique Teucer de quâ loquor) ob filiæ nuptias viſendi deſiderium fuerit, rebus præſentibus impeditus ſum; ad quas te quoque vocaſſem, niſi in tam pium officium te Syracuſis relinquendum decreviſſem: unde plenius intelligas nos tibi de illis non temerè ſcripſiſſe. Ipſe illam conveni, & quinque talenta genero in dotem promitte, quamprimum puella nupſerit; & *hæc ita* adminiſtres ut non tam donum, quàm debitum videatur. Quòd ſi interrogaverit unde tam multas Philodemi pecunias habuerim, te quidem neſcire, mihi verò qui acceperim, & Philodemo qui dederit, rem ſatis cognitam reſpondeas; & diligenter enitere ut Leonta generum facias: venit enim ad nos & nuptias ambivit, quem ego, omnia ſtatim pollicitus, ad te miſi. Quòd ſi puellæ mater alium ſponſum invenerit magis idoneum, illi

ἐκείνῳ τὴν προῖκα ἀνάδεχου, καὶ μηκέτι προσφιλοτιμοῦ. οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὶ κηδεστῇ Φιλοδήμου μεμνῆσθαι ὡμολογήσαμεν, οὐδὲ δωρούμενοι χρήματα χαριούμεθα τὸν γάμον· ἀλλὰ πρὸς θεῶν μὴ οὕτως ἀμελῶς περὶ ἐγγύην, ὡς ἀντιδιδοὺς, ἀλλ' ὡς λαμβάνων πέντε τάλαντα, εἴπερ ἀνδρί τινι ταύτην ζεῦξαι ἐφίεται. αἰσχρὸν γὰρ ἀτυχῆσαι διδόντας, ἔνθα πρόκειται δοκεῖν τούτου με δοῦναι χάριν, ἃ προσεποιήθημεν χρήματα ἑκόντι ἀποτῖσαι. οὐ μὴν καταγνοίην γ' ἂν ἐμοῦ τοιόνδε τι, ὡς ἔγωγε νὴ τὸν Ἥλιον δόξω ζημίαν μείναντα παρ' ἐμοὶ τὰ χρήματα, καὶ μέγα ὄφελος λαβούσης εἰς τὸν γάμον τῆς παιδός. οὐ γὰρ ὅμοια φρονεῖν δύναιντ' ἄν, μηδὲν εἰδότες περὶ ἐμοῦ· εἴθε δὲ μὴ δεινότερον ἁπανταχοῦ Φάλαριν τὸν τρόπον περιεβόων. πέμπε δὲ τοῖς γάμοις τῇ παιδὶ θυγατέρας τέτταρας ὁμήλικας, καὶ γυναικείας ἀμπεχόνας, ἃς ὑφ' ἡμῶν σταλείσας ἔχεις, καὶ χρυσοῦς ἑξήκοντα· καὶ ταχέως μὲν

ἀχθῆναι

illi dotem promitte, neq; ulteriùs contendas. Non enim nos in unum *quemvis* Philodemi generum liberales fore profitemur, neque quia dotem largimur, id nobis gratiæ reponi volumus, ut *huic* nubat. Verùm per Deos, ubi eam viro conjungere cupiat, ne te in sponsalibus ita segniter geras, quasi talenta quinque redderes, sed *eâ* potiùs *alacritate* quasi acciperes. Mihi enim, qui hoc *liberrimè* dedi, turpe erit spe frustrari, quandoquidem facile est videri me hujusce *Leontis* gratiâ donasse pecunias, quas sponte reddidisse simulavi. Sed mihi neutiquam istiusmodi aliquid vitio verterim, imò detrimentum duxero si apud me manserit pecunia, quam, si puella ad nuptias acceperit, in lucro ponam. Quin idem de me sentire non possunt quibus omnino ignotus sum; utinam interim in Phalaridis vitâ nihil flagitiosius esset, quod passim calumniarentur. Mitte porrò puellæ ad nuptias virgines suarum æqualium quatuor, & muliebres stolas, quas à nobis missas habes, & aureos sexaginta; utq; nuptiæ citò

celebrentur

ἀχθῆναι παραινεῖ τοὺς γάμους, ὡς καὶ νῦν βραδέως ἀχθησομένους. προθύμως δὲ πέμπε τὰς δωρεὰς, ὡς ἐπὶ τοῖς Φαλάριδος ἰδίας καρπούμενος χάριτας. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχοι, Τεῦκρε· τὰ δ᾽ ἄλλα, ὡς καὶ πατρὸς δεομένῃ τῇ παιδὶ, καὶ ἀνδρὸς χηρευούσῃ γυναικὶ τίμιος γενοῦ, καὶ προστὰς αὐτῶν τῆς χρείας, μετὰ τοῦ ἰδικοῦ θῦε τοὺς γάμους ὡς μάλιστα πολυτελέστατα· μή τις Συρακουσίων τῶν προσηκόντων τῇ παιδὶ, ἐν τῇ καλλίστῃ ἡμέρᾳ, ἄθλιον ἀντὶ μακαρίου εἴπῃ Φιλόδημον, ἀλλὰ νικήσωμεν αὐτοῦ τὴν τύχην.

ρμγʹ. Κλεαινέτῃ.

Ὁ Φιλοδήμου πλοῦς ἐπὶ τὴν ξένην, τοῦ σοῦ μὲν ἀνδρὸς, ἡμετέρου δὲ ἀτιμήτου φίλου, σοὶ μὲν εὐκλεῶς ἔοικε παραγίνεσθαι, τῇ θυγατρὶ δ᾽ ὑμῶν εἰκοστὸν ἤδη ἔτος οἰκουρούσῃ οὐκ εὐτυχῶς. ἡ μὲν γὰρ ἐπ᾽ ἀνδρὶ χηρεία χρόνοις προσλαμβάνουσα πλείω ἀρετὴν,

celebrentur hortare, siquidem jam tardiùs *quàm oportuerat* celebrabuntur. Dona etiam prompto atque alacri animo mittas, ut ex his quæ sunt Phalaridis, tibi insuper aliquis gratiarum fructus redundet. Et hæc quidem ita se habeant, Teucer; quod ad cætera attinet, quasi in puellam patre orbam, & mulierem viro privatam beneficus esto, earumque inopiæ subveniens, de tuo *sumptu* nuptialem etiam cœnam instruas quàm magnificentissimè: ita ut nemo è Syracusanis puellæ cognatis, die isto splendidissimo, miserum potiùs quàm beatum reputet Philodemum, sed illius fortunam superemus.

143. *Cleænetæ.*

PHilodemi, tui quidem mariti, nostri autem inæstimabilis amici, ad terram peregrinam navigatio præclarè tibi accidisse videtur, filiæ vero domi vigesimum jam annum agenti haud ita fæliciter. *Tibi* enim viduitas in longum provecta ampliorem virtu-

τὴν, ἡ δὲ ἐπὶ παισὶ παρ' ὥραν μηκυνομένη παρθενία διαβολὴν κτᾶται. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις αἴσχιστον δέδοκται, καὶ νὴ δία ἐστὶ, παρὰ τοὺς τῆς φύσεως χρόνους θυγάτηρ οἰκουροῦσα. πάλαι γὰρ ἐχρῆν καὶ τὸν ἐκείνης βίον, ὥσπερ τὸν σὸν, πρὸς ἄνδρα ἐπανάγεσθαι. ἴσως μὲν οὖν ἀντὶ Φιλοδήμου παραμυθίαν ἡγῇ παῖδα ἔχειν, ἣν ἐκεῖνος καὶ σὺ ἐγείνασθε· σχέτλιον δὲ διὰ πόθους γαμέτου, θυγατέρα ἀποστερεῖν γάμων· καὶ οὐχ ὅμοιον, τοῦ μετ' ὀλίγον ἥξοντος ἀφαιρεῖσθαι ἀνδρὸς, ἢ οὗ μήπω πεῖράν τις ἔσχηκε καὶ συνήθειαν τοῖς τῆς φύσεως ἀκμαζομένη νόμοις· ὅταν δὲ μηδὲ κεκμηκότων γονέων, μηδὲ δι' ἔνδειαν χρημάτων, ὥσπερ νῦν. καὶ μεγάλης ἀτυχίας τεκμήριον τοῦτο, ὃ μηδαμῶς κατοιωνίζου Κλεαινέτη· πεντατάλαντον γὰρ προῖκα κατέλιπεν αὐτῇ Φιλόδημος ἐκπλέων παρ' ἡμῖν· καὶ οὐχὶ ταῦτα μόνον, ἔστι γὰρ αὐτοῦ κοινὰ καὶ τὰ Φαλάριδος χρήματα. ὥστε οὐκ οἶδα, Κλεαινέτη, τί ἂν μέλλοις· οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν, μηδενὸς ὑστερίζουσαν εἰς τὸν γάμον,

tis laudem, puellæ autem diutina virginitas calumniam affert. Omnibus enim turpiſſimum videtur, & per Jovem *revera* eſt, virginem ultrà, quàm ætas poſcit, domi deſidere. Jamdudum enim oportebat illius vitam, uti tuam, viro commendari. Fortaſſis verò Philodemi loco aliquid ex eâ, quam ſimul genuiſtis, filiâ ſolatium ſperas: at iniquum eſt ob mariti deſiderium, filiam marito fraudare; neque idem eſt, aut viro mox reverſuro, aut eo deſtitui, cujus conſuetudinem nondum experta eſt ætate vigens, & naturæ legibus adulta virgo: *præſertim* cùm, uti jam ſe res habet, neque parentes obierint, neque deſint pecuniæ. Hæc *nuptiarum procraſtinatio* ſummæ infælicitatis argumentum videtur, quod tu Cleæneta nequaquam augureris; Philodemus enim, cùm è portu ſolveret, dotem quinque talentorum apud nos reliquit; neq; hæc ſolùm, ſunt enim illi communes & Phalaridis pecuniæ. Quare neſcio, Cleæneta, quidnam cunctèris; neque enim Philodemi reditum, cùm nihil tibi ad nuptias

γάμον, τὴν Φιλοδήμου μένειν ἄφιξιν. ὅσα μὲν γὰρ εἰκὸς εἰς τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἀναβαλέσθαι, μὴ φθάνωμεν· ὅσα δὲ αὐτὴ κατεπείγει φύσις ἀκόντων ἡμῶν, ἂν οἷόν τε μὴ περιμένωμεν· ἐπεὶ τοὺς ὑμετέρους οὐκ ἀναδέχεται καιροὺς ἡ τῆς παιδὸς ὥρα. τάχα δὲ Φιλόδημος μὲν εἴργεται τούτοις, ὅσοις πατέρα εἰκὸς εἴργεσθαι, ἐξώρου θυγατρὸς οὔσης εἰς γάμον· σοὶ δὲ τοῦ κατέχειν οἴκαδε παρὰ τὸν νόμον τὴν παῖδα, οὐδεμία πρόφασις. οὐ γὰρ οὕτως αὐτῇ πατρὸς εἰς τὸ παρὸν δεῖ, ὡς ἀνδρός. σὺ δὲ κατὰ πολλὰς ἀνάγκας, καὶ μεγίστην τῆς τύχης ἀπόντι τῷ πατρὶ, προσνέμειν οἴει δεῖν καὶ παροῦσαν τὴν μητέρα; οὐκ· ἐάν γ' ἐμοὶ πεισθεῖσα, καὶ περὶ ἀνδρὸς εὐτυχῶς, καὶ περὶ θυγατρὸς εὐπρεπῶς βουλεύσῃ. πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα καλῶς δίχα Φιλοδήμου πράξασα, ἓν τοῦτ' ἀντὶ πάντων κοινὸν ἐργάσῃ ἀγαθὸν, καὶ γυναικὶ σωφρονούσῃ κόσμον οἷον, κηδεύσασα κατὰ νόμους τὴν παῖδα. τὰ μὲν οὖν χρήματα Τεῦκρος οὑμὸς, ὁπόταν ἐθέλῃς, παραριθμήσει· εἰ δέ του καὶ ἑτέρου δεῖ σοι πρὸς τὸν γάμον, ἐκεῖνος ὑπουργήσει.

nuptias desit, expectandum censeo. Quæcunque in illius adventum differri decet, ne præveniamus; quæ verò, nobis invitis, ipsa natura festinari jubet, minimè moremur; siquidem vestras opportunitates puellæ ætas non expectat. Fortassis verò Philodemus iis rebus impeditur, quibus haud absimile est patrem impediri, *etiam tum* cum filia ad nuptias plenè matura sit: tu verò cur puellam, ultra quàm par est, domi detineas, nullum habes prætextum. In præsenti enim non tam patris indiget, quàm mariti. Tu verò ob multas patris absentis ærumnas & infortunia, matrem etiam domi manentem oportere putas eorundem participem fieri? minimè: si me audis, de viro fæliciter, & de filiâ decenter consules. Cùm alia multa à te sine Philodemo præclarè gesta sint, hoc unum super omnia commune bonum, & prudenti matre dignum præstabis, si filiam juxta leges nuptum locaveris. Tibi pecunias, quandocunque velis, Teucer meus numerabit; & si quid aliud ad nuptias desit, ille suppeditabit.

ὑπουργήσω. σὺ μόνον ἃ βούλει, πρόςαττε, καὶ Φιλόδημον εὔχου μὲν ἐλθεῖν εἰς τὸν γάμον· ὑπερβάλλου δὲ μηδαμῶς εἰς ἐκεῖνον ἥξοντα τοὺς τῆς παιδὸς χρόνους. καὶ τοῦ σῶον ἐκεῖνον εἶναι, καὶ παρέσεσθαι, καὶ τἆλλα μὲν ἔστω σοι μαρτύρια, μηδὲν δ' ἧττον ἡ πρὸς αὐτὸν φιλοφροσύνη.

ρμδ'. Νικοκλεῖ.

Ἐπεστείλαμεν Στησιχόρῳ, ὡς ἠξίους, περὶ τοῦ ἐλεγείου, καὶ τὸν τρόπον ὑπεθέμεθα ὡς χρὴ γράφειν. ὁ δὲ ἄσμενος ἡμῖν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπίδοσιν ὑπέσχετο, παραμυθίαν ἴσως ἡγούμενος ἔσεσθαί σοι τοῦ πένθους τὴν σοφίαν. ἡ μὲν οὖν συμφορὰ δυσπαρηγόρητος, καὶ βαρυτέρα, ἢ ὥστε λόγοις ἐπικουφισθῆναι, ἐπεὶ διττοῖς ὠκειωμένοις ὀνόμασιν, ἐνὶ χρόνῳ, περὶ ἑκατέρου ἀνιᾷ. ἀδελφιδῆς τε τῆς ὁμομητρίας, καὶ γυναικὸς ἀγαθῆς ἀπενοσφίσθης, κάλλει μὲν ἐξοχωτάτης, σωφροσύνῃ δὲ οὐδὲ εἰς δευτερεῖον γυναικὶ μεθ' ἑαυτὴν ἐώσης τόπον· ὡς ἐκ-

πέπληγας,

ſuppeditabit. Tu modò quæ vis imperes, & opta quidem ut Philodemus ad nuptias veniat; minimè autem opportunum filiæ tempus in illius uſque adventum differas; illum & ſalvum eſſe, & adfuturum, tum alia tibi *ſatis* teſtentur, tum maximè *mea* in illum benevolentia.

144. *Nicocli.*

Vide Ep. 78. *&* 79.

AD Steſichorum miſimus, quemadmodum rogaſti, de illâ *in uxorem tuam* elegiâ, & modum quo ſcribendum ſit ſuggeſſimus. Ille ingenii ſui ſpecimen libenter promiſit, *ſuam* fortaſſe ſapientiam tibi aliquod fore in luctu ſolatium ſpondens. *Tua* ſanè calamitas conſolationem vix admittit, graviorque eſt quàm ut verbis levari poſſit; ſiquidem duobus ſimul familiariſſimis nominibus *deſtitutus* pro utroque diſcruciaris. Nepte enim ex germano eâdem matre genito orbatus es, & uxore optimâ, formâ præter cæteras egregiâ, & eâ prudentiâ, ut ne ulli quidem ſecundas concederet. Itaque per-

culſus

πέπληγας, καὶ πανταχόθεν ἀπέγνωκας σεαυτοῦ, καὶ τὰς ὀλοφύρσεις, οὐ μεταποιούμενος καὶ τοῦ σώζεσθαι, προσαποιῇ. χρὴ δὲ μὴ βαρύτερον φέρειν, ἢ δυνατὸν ἐνεγκεῖν τὴν ψυχήν· οὐ γὰρ ἀρετῆς τοῦτό γε ἄξιον, εἰ πρὸς τὸ πένθος ἀπαλλάξεις σαυτὸν, καὶ χρήσῃ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ. ἀλλ᾽ ἄγε, ὦ Νικόκλεις, μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀνίας μεταστραφεὶς σκέψαι τὴν ταλαίπωρον ἀνθρώπων βίον, οἵᾳ καθήρμοσται τάξει. γεννᾶται ἕκαστος ἡμῶν ἐπὶ μυρίοις κακοῖς, καὶ ταῦθ᾽ ὅταν ἀνύσῃ, τῆς οὐ ταλαιπωρῶν ἀνεπαύσατο ἐπιδημίας· τερπνὸν δὲ ἡγούμεθα τὸν βίον τοιοῦτον ὄντα, παρ᾽ ὅσον οὐδὲν θανάτου πείσεσθαι χεῖρον ἠλπίκαμεν. καὶ τὸν τελευτήσαντα οἰκτιζόμενοι, ὅστις πρῶτος ἄπεισιν, οὐκ ἄποθεν ἑπόμενοι τούτου, λελήθαμεν ἑαυτοῖς ἐπιρρίπτοντες τὰ δάκρυα. αὕτη δίκη ἀνθρώπων, Νικόκλεις, καὶ ἐπὶ τοιούτῳ τέλει ἅπαντες ἀναστρεφόμεθα, οὐδέ ἐστιν, ὅν τινα τῶν γινομένων ἕτερον ὑποδέξεται χρῆμα τυραννικώτερον· μοῖρα τοῦτο παντὸς ἀνθρώπου, ὑπ᾽ οὐδενὸς γοητευόμενον. ὁρᾷς ἐμὲ τὸν μόναρχον, ὃν πάντες

culſus es animumque omnino deſpondes, & fletum *adeo immoderatum* adjicis, ut valetudinis tuæ nullam habeas rationem. Non autem oportet hæc ſupra animæ vires ægrè ferre; neque enim tuâ virtute dignum eſt, ut teipſum luctu conficias, & dolori indulgeas *quaſi* immedicabili. Quin animum à triſtitiâ paululum averte ô Nicocles, & quæ ſit miſera humanæ vitæ conditio intuere. Naſcimur omnes ad innumera mala, quibus cùm perfuncti ſimus, à moleſtâ hac peregrinatione tandem requieſcimus: ſed iſtiuſmodi vitam arbitramur jucundam, quatenus nobis nihil morte gravius eventurum timemus. Eum, quicunque primus oppetiit, mortuum lugemus & ipſi non procul ſecuturi; *adeoque* nobiſmetipſis ignari lacrymas effundimus. Hæc hominum ſors eſt, Nicocles, & in hunc omnes finem educamur; neq; *quiſquam* eſt, eorum, quicunque nati ſunt, quem fatum præ cæteris atrocius premit. Hæc *inquam* omnium ſors eſt, *&* nullâ arte ludificanda. Me regem vides, quem omnes

πάντες ἄνθρωποι βιαιότατον ἀποφαίνονται, ταύτης, οὐδὲ ἄν με δεινότερον κηρύξωσιν οἱ νῦν ὄντες, οὐκ ἂν περιγενοίμην· οὐδὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν χαλεπῶν ὑποστήσεται, ἀλλ' ἄπιμεν, ὅταν ἔνι τὸ χρεὼν τελευτῆσαι. εἴθε δὲ ἐπὶ τοιούτῳ ἐτύχομεν μοναρχίας, οὐχ ὅπως ἑαυτῶν ἀπωσώμεθα τοὺς μόρους (ἡμᾶς μὲν γὰρ ἴσως καὶ παρὰ μοίρας ἀξίους φαίη τις ἂν εἶναι ἀπολέσθαι, καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οὐδ' αὐτοὶ ἐναντιούμεθα) ἀλλ' ἵνα τῶν ἐπιεικεστάτων, καὶ ὡς ἐπὶ μήκιστον ἀξίων ζῆν, ἐπέχωμεν τὰ τέλη. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη καθ' ἡμῶν, καὶ οὐχ ἡμεῖς κατ' ἐκείνης τύραννοι ἀπεδείχθημεν, ἠπίως χρὴ φέρειν· οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι εἰς οὐδὲν περαίνονται οἱ γόοι, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν ἐκείνης δαίμονα, εἴπερ αἴσθοιτό σε ὑπὸ κατασμυχόμενον ἀνιᾶσαι μὲν εἰκός· αὐτὴν τὴν πλεῖστα μὲν εὐφρανάσαν τὸν ἄνδρα, ἡσθεῖσαν δὲ ἐφ' οἷς ἔχαιρεν ἐκεῖνος, ἄχθεσθαι· καὶ ἐν τῷ θανάτῳ· οὐ (μὰ τὸν Δία) μόνον σὺ τοιαύτης ἀπεσφάλης γυναικὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκείνη τοιούτου ἐστερήθη ἀνδρός. ἐπεὶ τοίνυν

omnes uno ore violentiſſimum pronuntiant: fatum autem, etiamſi me potentiorem prædicent mortales, ſuperare non poſſum: quod ſanè nulla apud nos tormenta pertingent, quin ubi fatalis hora poſcit, diſcedimus. Utinam verò illâ imperii *conditione* uteremur, non ut à nobis mortem repellere (nos enim dignos fortaſſe cenſet quiſpiam ut etiam ante deſtinatum diem obeamus, neque ipſi huic ſententiæ adverſamur) ſed ut ad eum uſque terminum, quo viri probi, longiſſimâque vitâ digni perveniunt, inhibere poſſimus. Quoniam verò illa in nos, non nos in illam imperium habemus, æquo animo ferenda eſt; non modò quia lacrymis nihil proficias, ſed etiam propter *uxoris* ipſius genium, ſi te ita contriſtatum ſenſerit. Veriſimile enim eſt illam, quæ tantâ lætitiâ virum affecit, quæque gaviſa eſt iis quibus ille gauderet, *tecum unà* etiam & mortuam diſcruciari; non ſolùm mehercule *quòd* tu tali conjuge, verùm quòd & ipſa tali marito orbata ſit. Cùm itaque

τοίνυν οὔτε πρῶτος, οὔτε μόνος τοιαύτῃ ἐχρήσω συμφορᾷ, λογίζου τὰ ἀνθρώπινα πρᾴως φέρειν, εἰ καὶ μὴ δι' ἐμὲ ἑτοίμως πρὸς θάνατον ὑπὸ ποικίλων ἔχοντα συμφορῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰσότητα τῆς φύσεως. ὅτι πᾶσι κοινὸν τοῦτο, κἂν σφόδρα περιφόβως ἔχωσί τινες, καὶ τοῖς μὴ λίαν ἀχθομένοις πλεῖστα συμβέβηκεν ἀπολαύειν τοῦ βίου.

ρμε'. Στησιχόρῳ.

ΤΟ ἔλαιον ἐπέμψαμεν, ὡς ἐπινοούμενοι μὰ Δί' οὐ σοὶ τὸ παρὸν, ἀλλὰ θυγατριδῷ σου. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ μειράκιον ἄξιον ἡμῖν λόγου φαίνεται, καὶ τὴν γυμνασιαρχίαν μηδὲν ἧσσον Ἀγησιλάου. βουλοίμην δ' ἂν αὐτὸν ἐκτελέσαι τὸ καθ' ἡμᾶς μέρος. τὸ ἀργύριον τὸ παρ' ἡμῶν, ὃ μὴ σὺ κομίζειν ἐβουλήθης τότε παρὼν, εἰ μὴ λαβὼν ἔσῃ νῦν γε, προδοσίαν, εὖ ἴσθι, πρὸς Ἱμεραίους καταψεύσομαί σου. κἂν ἔτι παρέστῃ, χαλεπώτερον δέ σου οἶμαι καὶ τοῦθ', ὅπερ προπέμπειν εἰλόμην Προμηνήδην

itaque neque primus, neque ſolus hujuſmodi affectus ſis calamitate, humanam ſortem, ſi non propter me variis caſibus morti obnoxium, at ſaltem ob naturæ æqualitatem, moderatè ferendam eſſe cogites. Omnibus quippe commune eſt *fatum*, & nonnulli licet vehementiùs perhorreſcant, iis tamen, qui non nimis diſcruciantur, vita plerumq; diuturnior contingit.

145. *Steſichoro.*

MIſimus oleum, quod decrevimus non hercle tibi hoc tempore, ſed nepoti tuo. Adoleſcentulus enim laude dignus videtur, & ad gymnaſii præfecturam nihil inferior Ageſilao. Ex meâ verò parte nihil deeſſe velim, quo evadat adhuc perfectior. Argentum à nobis miſſum, quod nuper cum præſens eſſes recipere noluiſti, ſi nunc non acceperis, crede mihi, falsò te apud Himerenſes accuſabo. Et licet dudum *in judicio* comparueris, tamen (ut opinor) Steſichore, gravior erit hæc *noſtra accuſatio*, cujus ut te præmonerem, Promenedem

μηνύσῃ Στησίχορε. καὶ περὶ τοῖς ἔπεσι, καὶ δι' ἃ σεβαστότερος εἶ πολλῶν, καὶ θαυμασιώτερος, τὰ ἐπιτηδεύματα ταῦτα καὶ στέργε, καὶ τίμα· τῶν ἄλλων περιέμενος, ἐν οἷς ποτ' ἂν κατ' ἄκραν εὐδοκιμῇς, ὁμοίως τοῖς πονηροτάτοις ἔσῃ.

ρμϛ'. Τῷ αὐτῷ.

ΣΥ περὶ ἡμῶν, ὦ Στησίχορε, μηδὲν μήτε ἐν ᾠδαῖς, μήτε ἄλλοθί που λέγε· οὐδὲν γὰρ βούλομαι μᾶλλον, ἢ σιωπᾶσθαι τὰ ἡμέτερα. τῶν δὲ ἄλλων φθόνος οὐδεὶς, ὑπὲρ ὅσων ἂν αὐτός τε κατὰ σαυτὸν ἐθέλῃς, κἂν ἐπὶ νοῦν ἄγῃ τὸ δαιμόνιον. πολιτείαν δὲ φεῦγε μάλιστα πάντων, ἡμᾶς ὁρῶν, ὃς ἡνίκα μακαριστὸς εἶναι ἐδόκουν πᾶσιν, ἐπὶ τούτοις ἐμαυτῷ σύνοιδα μάλιστα ἀνιωμένῳ. εἰ δ' ἐγὼ σοι κατ' ἐμαυτὸν εἰκότα πάσχειν φαίνομαι, μοναρχίας ὀρεχθεὶς ἑκὼν, ὑπὲρ πατρίδος δέ σοι πολιτευομένῳ, καὶ δημοκρατίας, οὐδὲν ἀπαντήσεσθαι δυσχερὲς οἴει; τὸ μὲν καθ' ἡμᾶς ἄφες νῦν,

menedem *nuntium* delegi. Tu verò musas & studia, quæ te supra alios venerandum & admirabilem reddunt, ames atque colas; omissis cæteris, in quibus cum ad summum honoris apicem evectus fueris, nihil demum tibi & sceleratissimis intererit.

146. *Eidem.*

TU de nobis, Stesichore, neque in carminibus, neque alibi usquam mentionem facias: nihil enim mallem quàm ut altum sit de nostris rebus silentium. Ut de aliis *dicas* quicquid sive ipse in animum tuum induxeris, sive inspiret Deus, nihil repugno. Sed *hoc moneo,* res politicas quam maximè fugias, & me ante oculos pone, qui cùm omnibus viderer beatissimus, hinc maximè molestiarum tempestates expertus sum. Quòd si ego in hæc meritò incidisse videar quia regnum ultro affectarem, tibi verò pro patriâ rempublicam capessenti nihil difficile occursurum putes: quæ nos spectant omitte in præsens,

νῦν, εἰς δὲ σαυτὸν ἀτενὲς βλέψον, ὦ Στησίχορε, καὶ κατανόησον. οὐ γὰρ ὑπὲρ βελτιόνων τις οὐδὲ καθαρωτέραν ὁδὸν σοῦ βαδίσας, ἥψατο πολιτείας· ἀλλ' ὅμως λόγισαι κατὰ σαυτὸν, οἷα μὲν περὶ τούτων ἔπαθες, οἷα δ' ἐμέλλησας παθεῖν, εἰ μὴ τοιοῦτος ἐχθρὸς ἧμιν ἐγώ. καί τοι καλόν γε, κἂν εὐροῇ τις, καὶ κατ' οὖρον φέρηται παρὰ τῆς τύχης, μὴ πάντα ποιεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῇ τύχῃ. καὶ γὰρ σὺ νῦν αὐτὸς, οὔτε τύραννος Ἱμεραίων, οὔτε ἐχθρὸς πᾶσιν (ὥσπερ ἡμεῖς) ἀλλ' ἐν πολιτείαις καὶ φίλοις, ὡς ἐνόμιζες αὐτὸς, δι' οὓς ἐχθροὺς ἔχεις ἡμᾶς· κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν τυραννήσας, παρόν μοι νῦν αὐτὴν διὰ σὲ, καὶ σοῦ στοχαζόμενος. ἀλλ' ὅμως λόγισαι κατανοήσας, πόσα ἆθλα πέπονθας ὑπ' αὐτῶν· εἰ δὲ βούλει, τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀγαθὰ μὲν πλεῖστα πεπονθότα, κακὸν δὲ μηδὲν, μήτε μὴν ἀχαριστηθέντα (καθάπερ σὺ) σκέψαι· καὶ μάθοις ἂν, ὡς ἀνὴρ ἐκεῖνος ὅστις τῶν κοινῶν ἀφέμενος, τῶν ἰδίων περιέστηκεν· καὶ ὃς οὐκ

ἀλλό

præsens, atque teipsum Stesichore intentis oculis respice & contemplare. Nemo enim meliori adductus ratione, aut puriorem quàm tu ingressus viam, ad rempublicam accessit; nihilominus reputes tecum & quid antehac passus sis, & quid passurus fueras, nisi me talem habuisses inimicum. Præterea utile est, si quis secundo flumine & prosperâ fortunæ aurâ feratur, non tamen omnino se illius arbitrio permittere. Tu verò, jam neque Himerensium Tyrannus, neque (uti nos) communis omnium hostis, in republ. versaris, &, ut tu ipse arbitraris, inter amicos, quorum gratiâ me pro inimico habuisti: dum ego interim Tyrannide fretus, neque in te, neque in illos (etsi *utrumvis consequi* possim) quicquam molior. Tu verò cogites tecum quanta ab illis passus fueris; imò, si vis, hominem à civibus suis beneficia quamplurima, nullas ærumnas, neque ullam (uti tu) ingratitudinem expertum intuere; & intelliges utique quòd *hic sit* ille vir qui, rebus publicis omissis, sua curat; quique nihil

 aliud

ἄλλό τι οἴεται τὸ ἑαυτῷ πράσσειν, ἀλλ' ἢ σκοπεῖν ὅπως μάλιστα ἡσθήσεται.

ρμζ'. Τῷ αὐτῷ.

ΜΗ φρόντιζε, ὦ Στησίχορε, τῆς Εὐβούλου καὶ Ἀριφάντου πρός με κατηγορίας, μηδ' ὅσον ἀχθεσθῇς, εἰ τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν, εἰς σὲ ἀναφέρειν, καὶ τὰ σὰ κάλλιστα ἔπη ἠξίουν. περὶ ὅσον μὲν γὰρ ἤλθομεν ἐν Ἱμέρᾳ κινδύνου, καὶ σὺ οἶσθα· μηδὲν δὲ ἡμῶν ἀνήκεστον παθόντων, ἥδεσθαι προσήκει σοι κατά γε τὴν ἐκείνων αἰτίαν μᾶλλον ἢ ἀνιᾶσθαι, τῆς τε ῥώμης ἕνεκα τῶν ποιημάτων, ἃ σοι πνέουσιν αἱ θεαί, καὶ ἡμῶν περιόντων, εἴ σοι ἄρα τι μέλομεν. ἃ παρεξήτακας γὰρ κατὰ μέλη, πλέον ἢ κατὰ λύραν δυνάμεως ἔχειν, καὶ Φάλαριν μείζον' ἢ κατὰ τυραννοκτόνους. ἡμεῖς δὲ παρακινδυνεύσαντες ἐσχάτως, καὶ εἰς τύραννον ὡρμήσαμεν, καὶ εἰς ἑταιρείαν ἐμείναμεν, καὶ οὐ μεμφόμεθά σε μελλήσαντες ἀναιρεθῆναι, μᾶλλον δὲ ἀναιρεθέντες·

aliud ſibi agendum putat, quàm ut id unum ſpectet, quo pacto leniter & jucundè vivat.

147. *Eidem.*

Vide Ep. 22. & 73.

NE te ſollicitum habeat accuſatio quam *contra te* Eubulus & Ariphantus mihi detulerunt, neque tantillùm diſcrucieris quoniam in te tuaque pulcherrima carmina inſidiarum, quæ nobis inſtructæ ſunt, cauſam transferre voluerint. In quantum diſcrimen Himeræ venerimus te non fugit; cum verò nihil nobis exitiale acciderit, plus tibi lætitiæ quàm mœroris afferre debet eorum accuſatio: tum quòd tanta *habita* ſit poëmatum vis, quæ tibi muſæ inſpirant, tum ob noſtram incolumitatem, ſi modò tibi curæ ſimus: *oſtendiſti* enim & carminis tui majorem eſſe quàm lyræ vim, & Phalarin Tyrannicidis ſuperiorem. In extremo conſtituti periculo Tyrannum quidem egimus, & *pariter* in *Himerenſium* amicitiâ perſtitimus, neque te accuſaremus licet occidendi, imò licet occiſi

αἱρεθέντες· οὐ γὰρ εἰ καὶ ἐτελέσθη τὸ ἄδικον βούλημα, Στησίχορος ἡμῖν παθεῖν ταῦτα ἐπῃνέσατο. σὺ μὲν γὰρ ἴσως εἰπὼν, κόσμῳ θεοειδεστάτῳ, τυραννοκτονεῖν ἐπαινεῖς, καὶ οὐκ ἀποτρέπομαι, εἴ τις θαυμάσει τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ Φάλαριν· ἀνδροφονεῖν γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' οὐ τυραννοκτονεῖν. ὃ γὰρ οἶσθα ἄρχομαι πεῖρα παθών. ...... οὐδὲ Δρωπίδας, οὐδ' ἄλλος ἐπιεικὴς ἀνὴρ, οὐδὲ εἷς, ἀλλ' οὐδὲ ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεὺς, ἐνέμεινεν ἐν τῷ ἱερῷ καρτερός· Εὐβούλου, καὶ Ἀριφάντου, δυοῖν ἀδίκοιν εἷς δίκαιος ἐγενόμην, τὸν τύραννόν με περιεσώσατο. Κόνων δὲ ὁ καταπορνευθεὶς, καὶ Θεαγόρας ὁ τοὺς ὀλέθρους ἡμῖν μηχανησάμενος, καὶ Ἀντιμήδης, καὶ Περικλῆς, καὶ ὅσοι δὴ τούτοις παραπλήσιοι, ἀνῃρέθησαν ὑπ' ἐμοῦ, τῷ δικαιοτάτῳ τῆς ἀμύνης νόμῳ· οὓς (εἰ μὴ καὶ τοσαύτης ἐξουσίας εἰχόμην) ἀποθανεῖν ἂν εἱλόμην ἀντιτιμωρησάμενος. λεγέτωσάν με μιαιφόνον, ἄθεον, ἐναγῆ, τύραννον,

cisi essemus: non enim, si iis improbum illud consilium bene cesserat, nos hoc supplicio dignos Stesichorus approbasset. Tu fortasse divino quodam verborum ornatu eum, quicunque Tyrannum occiderit, laudasti (neque repugnamus si quis huic sententiæ accedat) non *qui* Phalarin; hoc enim est hominem occidere, non Tyrannum. Ut tu probè nosti non jam primùm pericula expertus sum.... *Eo tempore, quo* neque Dropidas neque alius quisquam vir fortis & bonus, imo nec ipse conservator Jupiter in templo manere sustinuerit, ego solus inter Eubulum & Ariphantum homines nefarios constiti justus, *&* me Tyrannum *Jupiter* liberavit. Conon verò libidinosus, & Theagoras qui mortem mihi machinatus est, & Antimedes, & Pericles, cæterique horum similes à me justissimâ vindictæ lege interfecti sunt: quos modò ultus essem (si me salvum præstare minùs valuissem) statim æquo animo mori vellem. Appellent me homicidam, impium, sceleftum, Tyrannum,

νον, πολλοῖς πεφυρμένον καὶ ἀνηκέστοις μιάσμασι· καὶ τούτων, ἂν δεινότερόν τι εἰπεῖν καθ' ἡμῶν ἔχωσι, μὴ φειδέσθωσαν. ἐπαινοῦντες γάρ με, διαβάλλειν ἐοίκασι πρὸς τοὺς χρηστοὺς οἱ πονηρότατοι· ὧν οἱ μὲν ἐπυρώθησαν ὑφ' ἡμῶν ἔμφρουροι τῷ ταύρῳ, οἱ δὲ ἀνεσκολοπίσθησαν, ἔνθα ἔμελλον ἐμπρόσωποι ἔσεσθαι τοῖς λοιποῖς, μηδὲν καθ' ἡμῶν τεκταίνειν κακόν· ἄλλοι δ' ὄψεις ἐξηράνθησαν, τινὲς δ' ἄκρα περιεκόπησαν, καὶ κατὰ τροχῶν ἐλυγίσθησαν, καὶ κεφαλὰς ἄλλοι περιεσκυθίσθησαν· οἳ δ' ὡς ἔτυχεν ἀδικίας προάρξαντες, ὀλέθρου πικροῦ κατὰ δίκην ἐνεφορήσαντο, δι' οὓς ὁμολογοῦμεν ἀνασταθῆναι τύραννοι, καὶ οὐκ ἀρνησόμεθα κατὰ πονηρῶν μοναρχίας ὀρεχθῆναι, οὐδὲ παυσόμεθά ποτε τῆς ὠμότητος, καὶ ἀπανθρωπίας· πρὸς δὲ τοὺς χρηστοὺς ὅμοιοί γε ἐσμὲν ἄρχοντες, οἷοίπερ ἐγενόμεθα πρὶν ἄρξαι. μὴ δὴ δόξῃς, ὦ Στησίχορε, κατ' ἐμοῦ τι τῶν ἐπῶν, ὅταν κατὰ δυνάστου γράφῃς ἐπιπνεῖσθαι· ὑποδέχου δὲ ἄσμενος τὰς θεάς, δι' ἡμᾶς μηδὲν τῶν ἐπὶ νοῦν ἡκόντων ἀποδιοπομπούμενος.

num, multis atque infandis pollutum criminibus; & si quid gravius habeant dicere, nequaquam parcant. Cùm enim laudent, tum maximè calumniari me apud bonos & sapientes videntur nequissimi homines; quorum alii à nobis tauro inclusi cremantur, alii in crucem sublati, unde à cæteris conspici possent, *eosque monere* ut nihil contra nos machinarentur: nonnullis oculi exusti, *manuum pedumq;* extremitates quibusdam amputatæ sunt, ipsique in rotas contorti; aliis detracta est capitum cutis: alii qui me injuriis provocarunt, acerbiorem mortem jure subierunt: ob quos sanè fateor me Tyrannum evasisse, neque inficior me potestatē contra sceleratos affectasse; imò id sævitiæ atq; inhumanitatis minimè deponam: erga bonos autem talem me gero imperator,qualis fui nondum adeptus imperium. Ne igitur, Stesichore, aliquod carminum eorum, quæ in Tyrannos scribis, contra me inspiratum putes; quin musas libenter suscipe,neq; quicquam,quod in mentem venerit, nostri causâ rejicias

jicias

διαπομπεύμενος. ἴσθι γάρ, ὡς μηδεὶς τυραννοκτονήσει Φάλαριν ἔξω τῆς ἰδίας μοίρας, ἣν ἀπὸ νεότητος ἔχομεν καθ' ἑαυτῶν, ἐὰν καὶ τὰ τῶν ὑμνοπόλων σιγηθῇ μέλη· ὅθεν ἥκουσαν αὐτὴν ἀναγκαίως ὁπόταν θέλῃ, ὡς ὀφειλομένην ἑαυτοῖς ὁμοίως ὑποδεξόμεθα. τοῖς δὲ περὶ Εὔβουλον τυραννοκτόνοις, ἐπεὶ παρὰ ταύτην ἐπεχείρησαν, ἆθλα ἀπεδώκαμεν, οὐχ ἃ παρὰ νόμων προσήκει ἀνδράσι κενὴν δόξαν θηρωμένοις ἐπὶ καθαιρέσει μονάρχου, ἀλλ' ἃ παρὰ τυράννου πλέον ἰσχύοντος νόμων. καταπεσόντες γὰρ εἰς τὴν Ἱμεραίων θηριόβοτον ἄχρι τῶν στηθῶν, μετὰ πολλοὺς ἄλλους αἰκίας τρόπους, τῇ λώβῃ διενυκτέρευσαν. σὺ δὲ ὡς ἐπὶ μήκιστον εὐτυχοίης. ἔρρωσο. καὶ τὸ μὲν μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον οὐκ ἂν συνευξαίμεθά σοι (παρὰ γὰρ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης τοῦτ' ἔχειν φαίης ἄν) ἀλλὰ μηδὲ δρᾶσαί ποτε ἀνάγκην γενέσθαι Φάλαριν παραπλήσιον. μέλοιεν δέ σοι μουσῶν εὐκλεεῖς πόνοι, πέμπε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς τῶν ποιημάτων, ἃ τὰς παρούσας ἐπανήσει φροντίδας.

jicias. Scias enim quòd nemo Phalarin occiſurus ſit citra fatalem diem, quam ab ineunte ætate nobis conſtitutam habemus, etiamſi poëtarum ſileant carmina: quam, cùm neceſſariò venerit, quandocunq; id fuerit, eodem modo quo debitum excipiemus. Eubulo tamen cæteriſque percuſſoribus, qui me, renuente fato, aggreſſi ſunt, præmia reddidi, non qualia iis, qui inanem ex Tyrannicidio gloriam aucupantur, leges decernunt, ſed qualia Tyrannus qui ultra leges valet: nempe in ferarum antrum apud Himerenſes pectorum tenus detruſi, poſt multa alia ſuppliciorum genera in *eo* tormento pernoctarunt. Tu verò quàm diutiſſimè fælix ſis. Vale. Deoſque precor, non dico ne quid tale patiaris (hoc enim tuæ virtuti debitum meritò dixeris) ſed ne tibi neceſſe ſit ut Phalaridi ſimile quicquam facias. Curæ tibi ſint præclara muſarum ſtudia; ad nos etiam mitte poëmata, quæ præſentem ſollicitudinem leniant.

ρμη'. Ενναίοις.

ΕΓὼ οἶμαι μὲν καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐμαυτὸν αἴτιον ὑμῖν γεγονέναι· ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐλευθερίας, οὐ μέμφομαι ὑμῖν ἀχαρίστοις οὖσι· ὃ μέντοι ἀργύριον, ὃ ἐδανείσασθε, ἀπόδοτε. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν χρείᾳ εἰμὶ οὐ μετρίᾳ, καὶ περιπέμπω χρήματα δανειζόμενος εἰς ἅπασαν Σικελίαν· καὶ ἃ μὲν ἐχαρίσαντο ἡμῖν, ὥσπερ Λεοντῖνοι, καὶ Γελῶοι· οἱ δὲ ὑπέσχηνται δανείσειν, ὡς Ὑαλαῖοι καὶ Φιντιεῖς. τί ἂν οὖν πρὸς Διὸς αὐτοὶ ὑπολάβοιτε περὶ αὐτῶν, τηνικαῦτα ἃ δεδάνεισθε μὴ ἀποδιδόντες, ὁπότε ἄλλοι χαρίζονται τὰ αὐτῶν, μηδὲν ἀγαθὸν ὑφ' ἡμῶν πεπονθότες; εἰ δὲ πύθοιντο οἱ ὑπεσχημένοι χαριεῖσθαι, ὅτι ἀντὶ τοῦ κομίζεσθαι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς μηδὲν ὀφείλουσι βαρεῖς ἐσμέν, ἆρ' ἔτι δώσειν οἴεσθε αὐτούς; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι μηδὲ τοὺς δανείσειν ὑπεσχημένους δανείσειν ἔτι, ἀλλ' ἐνθυμηθήσεσθαι, ὅτι ὁ μὴ ἀναπραττόμενος τὰ αὑτοῦ παρὰ τῶν ὀφειλόντων, οὗτος ἀποτίνειν τοῖς δανείσασιν οὐ βουλήσεται.

ταῦτα

148. *Ennensibus.*

ME vobis fuiſſe libertatis autorem ſatis ſcio; neque tamen veſtram hâc in re ingratitudinem reprehendo; pecuniam verò quam mutuò accepiſtis reddite. Ipſe enim inopiâ non mediocri laboro, & per omnem Siciliam literas mitto, ut pecunias mutuò ſumam; quas nonnulli nobis donarunt, ut Leontini & Gellenſes; alii verò, è quibus Hyalæi & Phinties, ſe daturos pollicentur. Quid igitur (per Jovem) ipſi de vobis cenſetis, qui dum alii nullis à me affecti beneficiis opes ſuas ultro conferunt, ne mutuum quidem redditis? An eos qui nobis ſubſidia dudum polliciti ſunt, cùm reſciverint me nihil debentibus gravem eſſe, debita interim non exigere, quicquam adhuc daturos putatis? Ego ſanè non puto: imò facilè credent eum, qui ſua à debentibus non repetit, multò minùs debita redditurum.

His

ταῦτα τοίνυν ἐνθυμηθέντες, εἰ μὴ ἀποτίνητε, αἰδέσθητε· εἰ δὲ μὴ ταῦτα ἀνύσειεν, εὖ ἴστε, ὅτι ταχὺ σφόδρα καὶ λόγῳ κρεῖσσόν τι εὑρήσομεν, ὃ ἐπαναγκάσει ὑμᾶς, εἴ περ οἷόν τε ἀναγκαζομένους τὰ δίκαια ποιεῖν ἐστίν.

His perpenſis, pudeat vos *mutuum* non reſtituere; quod ſi hæc nihil valeant, erit aliquid ratione fortius, quo vos *ad juſtitiam* cogamus, ſi modò juſta agere poſſint coacti.

Φαλάριδος Τυράννου Ἐπιστολῶν

ΤΕΛΟΣ.

I
Q
ſu

mo
pra

tin

lea

pa
vit

illi
tur

rin
Ol

lan
eſt

qua

ut
uti
μηδ

ſi c

ANNOTATIONES.

EPIST. 1. Ὧν ἐμοὶ προτρέπεις, ad quæ me *hortaris.*] i. e. moribus tuis nequissimis provocas.

Epist. 3. Εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ.] Quasi dignus essem de quo vindex Dei providentia pœnas sumeret.

Epist. 4. Οὕτως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον &c.] Suum commemoravit, Lycini autem genus patriamque per contemptum præterit, quasi obscuræ stirpis, & incerti laris homo esset.

Ibid. Ἀσελγῆ ἐν ἡδοναῖς.] Cum intemperantiæ vitia *sigillatim* perstrinxerat, nimis *generali* nomine vocat ἀσελγῆ ἐν ἡδοναῖς.

Ibid. Ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι.] Illi ipsi, quo magis doleas, quorum gratiam captas.

Epist. 6. Δι᾽ αὐτὰ δὲ ταῦτα &c.] Nempe ob *senectutem* pater, quia jam nimiùm peccavit; ob *juventutem* filius, ne vitiosam senectam attingat.

Epist. 7. Μᾶλλον γὰρ βούλομαι διὰ τῆς ἐκείνου ζωῆς σε λυπεῖν, malo te illius *vitâ* cruciari.] Utpote quæ tibi calamitosa erit, quia turpis.

Epist. 8. Ναυμαχίαν.] Primum navale prœlium inter Corinthios & Corcyræos commissum memorant: quod accidit Olymp. 28. An. 4. *Scalig.* Ἱστορ. συναγωγ.

Ibid. Τοσαύτῃ κακοηθείᾳ.] Nimis apertè; magis dissimulandum erat in Ironicè dictis, quorum in eo præcipua vis est & venustas ut aliud sentias, aliud dicas.

Epist. 12. Κἂν ἀποσφαλῶμεν τῆς ἀρχῆς, imperio exutis.] i. e. si quando fortè imperio exuamur.

Epist. 15. Ζῇ γὰρ ἐκεῖνος.] Erat verò mortuus Stesichorus ut patet ex Epist. 31. quem tamen Phalaris vivum reputat: uti & in Ep. 31. ἐμοὶ ὁ τοιοῦτος οὐ τέθνηκε· & iterum in Ep. 54. μηδὲ οἴεσθε ἕνα τῶν νεκρῶν Στησίχορον.

Epist. 17. Γράφε, reputes.] Elegantior est vox Græca: quasi dicat in computis tuis me debitorem scribas.

Epiſt. 18. Χηρεύειν ὑπέμεινας μᾶλλον, ἢ γήμασθαι &c.] Hanc Erythiæ fidelitatem, quam ſæpe & ſummo cum affectu laudat, tandem illi mortis cauſam fuiſſe memorat Ep. 51.

Ibid. Αμφότερα, καὶ μήτηρ αὐτῷ, καὶ τροφὸς, καὶ πατὴρ ἐγένου.] Omittenda videtur vox τροφὸς ut in MS. *Sel.* ἀμφότερα enim non niſi duobus reſpondet.

Epiſt. 21. Πολύκλειτον τὸν ἰατρὸν ὑμῶν.] Negat vero *Celſus* aliquem ante Hippocratem extitiſſe, qui artem Medicam profeſſus fuerit.

Ibid. Τῆς τέχνης αὐτοῦ τὸν τρόπον μᾶλλον.] Patet tam ex iis quæ hic ſequuntur, quàm ex Ep. 70. τρόπον ad mores referri, utcunque alii aliter ſenſerint interpretes.

Epiſt. 23. Η Φαλάριδος τυραννὶς, τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας πλεῖστον ὅσον δοκεῖ κεχωρίσθαι.] Cùm ab omni Philoſophiâ aliena eſt crudelitas, tum præcipuè à Pythagoricâ, quæ ita homicidio non favet, ut etiam brutorum ſanguini parcat.

Epiſt. 24. Δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκ λογισμῶν λελοίπασιν, ex rationibus duæ adhuc myriades apud te reſtant.] i. e. duæ ſunt myriades quarum mihi nullam rationem reddidiſti, *vel aliter*, duæ ſunt quas in computis tuis diſſimulaſti.

Epiſt. 25. Λεοντιάδη.] *Leontiades* non idem eſt ac *Leontes* Ep. 135. (ut opinatur *Naogeorgus*) qui Philodemi filiam duxit, Leontiadis enim uxorem ſibi eſſe conſanguineam hìc memorat Phalaris: Philodemi verò filiam ſibi ullo modo cognatam negat, Ep. 59.

Epiſt. 26. Δι᾽ ἃς προείρηκα αἰτίας.] i. e. δι᾽ αὐθάδειαν καὶ ἀβουλίαν.

Ibid. Διατείνων ἐν οἷς ἐστι, ſuam *expendens* conditionem.] Διατείνω alium ſenſum hìc vix admittit, in eodem tamen uſurpatum nullibi invenio. Meliùs itaque in MS. *Reg.* διά τινων. Sententiam ſic legas, ὅταν ἐπ᾽ αὐτῷ γένηται τῷ κακῷ διά τινων ἐν οἷς ἐστι, cum in hoc inciderit malum ob ea quæ jam agit.

Ibid. Μὴ προσποιηθῇ δοκεῖν ἠγνοηκέναι.] i. e. ut nullo modo ſimulare poſſit ignoraſſe ſe *quanta à me expectare debuerat ſupplicia.*

Epiſt. 29. Διαφέρει δὲ καθόσον &c.] Idem fere occurrit in Ep. 139.

Epiſt. 31. Στησίχορος ἐστὶν οὐ μόνον ταύτης τῆς χάριτος ἄξιος &c.] Ea fuit in mortuum Steſichorum Phalaridis gratia, quam à nemine Poëta ille vivus ſperarat

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ᾽ ὄλωλ᾽ ἀνθρώπων χάρις.

Steſic. fragm. apud *Stob.*

Epiſt.

Epist. 32. Ταῖς ἐμαῖς βουλαῖς ἡ πρᾶξις ἐστιν ἡττῆσθαι Λεοντίνους.] Phalaris Leontinos bello victos arma deponere coegit, & conviviis vinoque enervavit; unde in nummis suis Bacchum Κισσοκόμην expresserunt. *Hubert. Goltzius in Histor. Sicil.*

Epist. 33. Ταυρομενῖται.] Ita leg. apud *Goltzium* in numismatis. Legitur etiam Ταυρομενεῖται apud *Suidam aliosque*, & passim in his Epistolis.

Ibid. Νόμῳ τῶν Ἑλλήνων.] Pleræque Siculorum urbes, uti erant Græcorum coloniæ, ita Græcorum leges retinuerunt.

Epist. 34. Ἐγὼ δὲ ἐνδεέστερον ἤδη φάγω.] Legendum forsan ἐκπενέστερον, quam enim interpretationem ἐνδεέστερον hìc admittat non video.

Ibid. Ἑρπετοῖς, &c. reptilium.] Potiùs *serpentum*.

Epist. 36. Μετρητὰς καὶ μεδίμνους.] Metreta est liquidorum mensura Attica, continens 12 congios. *Adrian. Jun.* Medimnus aridorum mensura 6 modiorum. *Suidas.*

Ibid. Εἰ μὴ καὶ ταῦτα &c.] Apta hæc erant dona in eorum usum ad quos mittebantur (ungendis in gymnasio athletis oleum, corroborandis frumentum: Juveni vinum quod musam excitet, poemata quæ imitetur, pueri qui ea transcribant) seditioni autem movendæ minimè idonea, utpote parum pretiosa.

Epist. 37. Αἰακὸν, καὶ Μίνω, καὶ Ραδάμανθον.] Innuit se Tyrannum licet, simile tamen fatum expectare, ac justissimi illi principes sortiti sunt.

Epist. 38. Οὐδὲ Θεῶν τινὰ διωμασάμενον &c.] Dixerat in initio Epistolæ, si Deum aliquem securitatis sponsorem haberet se Tyrannidem fortasse depositurum, nunc re attentiùs perpensâ negat id sibi vel à Jove persuaderi posse.

Epist. 40. Ὃν τύχης μὲν ἕνεκα.] Verisimile itaque est coronam illam à certamine aliquo Paurolam victorem reportasse.

Epist. 42. Εἰ μὲν ἀπὸ τῶν σεαυτοῦ τρόπων &c.] Tui enim ejusmodi sunt mores, ut nullam à me sperare debeas clementiam.

Ibid. Σώφρων ἐμοῦ καταδικάζεις.] Prudentis enim est tali insidiatori non parcere.

Ibid. Ἧκε οὖν ἐμοὶ πεισθεὶς ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης, veni igitur ad me, mihique positâ omni fraude confidas.] i. e. positâ omni de me fraudis suspicione.

Epist. 46. Τοὺς φυγάδας, in exilium pulsos.] Vel fortè *desertores*.

Ibid. Οἷς μὲν γὰρ ἐλευθερίας &c.] Illius, quod modo dixerat, *Phalarin neque beneficiis neque injuriis quiſquam ſuperat*, luculentum exemplum: leviſſima enim erat triremis vel à Leontinis merſæ injuria, vel à Melitenſibus ſervatæ gratia; illis verò graviſſimum ſervitutis ſupplicium, his ampliſſimum libertatis præmium rependit.

Ibid. Οἷς μὲν &c. Μελιταίοις δέ.] Ita MS. *Cant*. Impreſſi habent οἱ μὲν &c. οἱ δὲ Μελεταῖοι.

Epiſt. 47. Τὸν δὲ οὐ μέμφομαι.] Solet verò iis iraſci qui oblata ab illo munera non acceperint, ut in Ep. 133, 141. & alibi.

Ibid. Ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ἠλάττωσέ με λαβών, ὁ δ' οὐδὲν ἐζημίωσε.] Antitheta minimè diſtincta.

Epiſt. 49. Κατὰ περίστασιν, caſu quodam.] Potiùs reddas *obortâ ſeditione* cum *Conſtantino* in voce περιστάσεις· ob Tyrannidis enim ſuſpicionem exulavit Phalaris.

Epiſt. 51. Θνητοὺς γὰρ ὄντας &c.] Hanc ſententiam ex veteri Poëtâ habet *Ariſtotel. Rhetor. lib.* 2. *cap.* 22.

Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

Leges fere eadem apud *Eurip. in Philoct.*

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,
Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
Ἀθάνατον ——

Ibid. Οὐδ' ἂν ἀποθανὼν ἐπιλαθοίμην, nec mortuus quidem *obliviſcar*.] i. e. *obliviſci velim*, ita enim ſupra modum iraſcitur ut doleat memoriam injuriæ vel in morte extingui.

Epiſt. 54. Τοῦτο βουληθεῖσιν, εἴτε δυνηθεῖσιν.] i. e. qui hoc in votis habuerunt & demum conſecuti ſunt.

Ibid. Ἐν μὲν Ἱμέρᾳ νεὼς ἱστάσθω Στησιχόρου.] De templo Steſichori memoriæ conſecrato nihil invenio; de ſtatuâ ejus Himeræ ita *Cic. in Ver.* 2. Erat hìc Steſichori poëtæ ſtatua, ſenilis, incurva, cum libro; ſummo, ut putant, artificio facta.

Ibid. Ἐν δὲ Κατάνῃ τάφος.] Steſichorus ad Catanam profugus venit ibique interiit; Catanenſes prope portam Steſichoream (ejus nomine tum inſignitam) ſplendidum illi ſepulchrum erexerunt. *Suid. Pauſan.* Hujuſce ſepulchri memoriam ſuo tempore extitiſſe ſcribit *Fazellus Dec.* 1. *lib.* 3.

Ibid. Ὡς οὔτε ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν εὐπρεπές· οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ἀσφαλές.] Ita reſtitui ex utroque MSS *Bodleiano*, cum in hactenus impreſſis corruptiſſimè legatur, ὡς οὔτε

ἑλοῦσιν

ἐλῶσιν ὑμῶν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις ἐστιν ἀπρεπὲς, οὔτε μὴ ἐλῶσιν ὑμῶν πόλιν ἐν Σικελίᾳ Σικελιώταις ἐστιν εὐπρεπὲς, οὔτε μὴ ἐλῶσιν ἀσφαλές.

Ibid. Οὔτε μὴ ἐλῶσιν ἀσφαλές.] Nisi enim vos priùs eorum urbem, periculum est ne illi vestram capiant.

Epist. 55. Τοῦ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν τάχους συντομώτερον, citiùs quàm hæc ad te festinare possit epistola.] *Fortasse ita intelligendum*, citiùs quàm hæc scripta sit epistola: sit licet brevissima.

Epist. 56. Ὥσπερ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀξίων λόγου.] Pythagoras *scil.* Stesichorus, aliique; dicit etiam apud *Lucianum* multos Græcorum sapientissimos secum fuisse versatos. *Phal.* 1.

Epist. 57. Ἔδειξας φύσιν οἰκείαν ὕβρεως καὶ ὠμότητος.] Ad Phalaridis Epistolam humanitatis plenissimam acerba nimis responsio, sed *Scythâ* Philosopho fortasse non indigna.

Epist. 59. Ταύτην ἔχειν τὴν ἀπολογίαν τὸ μὴ δύνασθαι &c.] Non negat sibi objectum largiendi crimen, sed defendit.

Epist. 61. Επιχάρμῳ.] Verisimile est fuisse hunc Epicharmum Poëtam Siculum, quem eundem cum Epicharmo Philosopho Pythagoræ auditore faciunt Commentatores in *Laertium in vitâ Epichar.* etsi de poësi ejus taceat *Laertius.*

Ibid. Καὶ Δημοτέλης.] Quale fuerat Demotelis Phalaridi consilium videbis in Ep. 38.

Epist. 63. Ταχίστην.] Melius μεγίστην ne coincidat cum οὐκ εἰς μακράν.

Epist. 64. Τισὶν ὑμῶν, vestrum *alterutrius.*] Potiùs *cujuspiam*: refertur enim ad *utrumque debitorem*, & *Teucrum* simul: eâdem de causâ paulò infra pro *utervis* repone *aliquis.*

Epist. 65. Τῶν ἔτι ζώντων.] Legitur in Impressis pariter & MS. οὐκ ἔτι ζώντων. At non dubitavi expungere particulam οὐκ authoritate Ep. 78. ubi apertè dicitur semper cautum fuisse Stesichoro ne quid de sui sæculi viris scriberet.

Epist. 66. Εὖ μὲν τοι καὶ τοῦτο ἴσθι, ὅτι τοῦ μέλλειν καὶ ἄλλους &c.] Crudelitatem suam fallaci argumento defendit Phalaris: dicit Perilaum ideo in Tauro periisse, quia hoc tormenti genus invenerat, in quo alii erant perituri, qui si nulli demum fuerint, injustè periisset. At certè æquum fuit plecti Perilaum illius necis artificem, quam alii poterant subiisse, etiamsi nemo subierit.

Ibid. Τὰς περὶ τούτων αἰτίας, hoc tormenti genus.] Ita videtur se habere sensus, obscura sunt verba: possis interpretari, *horum*

sup-

supplicioruni causas, vel *hujusmodi contra me accusationes.*

Ibid. Καὶ τὴν δύσκλειαν ὑπὲρ τῶν μὴ προσηκόντων, ὅτι τὸ φοβερὸς δοκεῖν εἶναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἀναδεχόμενος, & injustam Tyrannidis adversus insidiatores infamiam vitans.] *Potiùs ita reddas*, & cum aliorum nihil ad me spectantium gratiâ Tyrannici adversus insidiatores animi infamiam subiero.

Epist. 67. Εἴ τινα κατὰ σύγκρισιν ἐξεταθείη.] i. e. si qua digna fuerint quæ cum iis comparentur.

Ibid. Ἴσος ἀξίου πᾶσιν εἶναι.] i. e. cave ut Tyrannidem neque patiaris neque exerceas; sed in Democratiâ vivas, ubi omnes æquali sorte utuntur.

Epist. 68. Μὴ δὴ καταιδούμενός με.] Legendum fortè μηδὲν καταιδούμενός με, *nihil me reveritus*; aliter poscit constructio Græcis usitatior ut μὴ verbo sequenti referatur, quod sensum reddet confusum.

Epist. 69. Πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρός.] Videtur ab eo dissentire quod supra dixerat Ep. 19. πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον, ἢ μητρὸς &c.

Epist. 70. Τιμὰς τυραννοκτόνοις.] Constat ex hac Epist. Phalaridis inimicos singularis præmii spe Polycletum sollicitasse; quanquam etiam Tyrannicidis præmia à legibus constituta essent: ut videbis in Ep. 147. & apud *Lucian. in Tyrannicidâ.*

Ibid. Τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια, animi mei pignora.] Nempe ob eam, quam tibi acceptam refero, valetudinem.

Epist. 71. Μὴ χαρίσασθαι σωτηρίαν ἀνθρώπῳ, salutem illi non concedere.] i. e. illius gratiâ, *alteri* salutem non concedere.

Epist. 73. Ἐν ἱμέρᾳ συντεθείσης κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς.] Eubuli & Ariphanti insidias intelligit. De quibus Ep. 71. quas etiam in templo instructas fuisse memorat Ep. 147.

Ibid. Ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν τῶν ἄλλων ὑπολάβοι.] Me scilicet crudelem adeo Tyrannum divinâ providentiâ conservatum.

Epist. 77. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλομένους εἰδέναι, τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως τὰ ἄριστα πράξαντα διὰ τὴν τυραννίδα.] Visus est Clistheni Phalaris ita despectui habere Democratiæ fautorem, ut illum notitiâ suâ indignum censuerit, ideoque de rerum ab illo gestarum fælici exitu minimè sollicitus esset.

Epist. 79. Ἐπέδωκας σαυτὸν εἰς ἃ παρεκάλουν, summam dedisti operam in iis quæ à te petii.] i. e. in iis argumentis quæ in superiori Epist. tibi proposui.

Ibid.

Ibid. Ἔσονται δὲ &c.] Locus corruptus; si pro ἔσονται legas αἰνέσονται constabit sensus.

Epist. 81. Τὸ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τὴν πόλιν &c.] Ita MS. *Cant.* Impressi legunt τὸ γὰρ ἀληθῶς μὴ ἔχειν τὴν πόλιν &c. *sensus est*, nisi illum, quem furto apud me arguitis, hujusce criminis reverà damnetis, me à vobis delusum censebo.

Epist. 82. Τῆς ἐν Καμαρίνῃ πολιτείας, μὴ πεπεισμένων &c.] Legitur in MSS & Impressis τῆς ἐν Καμαρίνῃ πολιτείας κατ' ἐμοῦ &c. sed κατ' ἐμοῦ apertè redundat, statim enim sequitur κατ' ἐμοῦ στρατείαν ἀγείρειν.

Ibid. Κατὰ τὴν ἀξίαν οὐχ ὧν δέδρακας, ἀλλ' ὧν πέπονθας, ἀνιάσῃ.] Inepta est & frigida antithesis; nisi ita intelligas; Ob ea quæ patieris, etsi non possis dignè pro facinorum tuorum meritis pati, satis tamen dolebis.

Ibid. Εἰ μὲν γὰρ ἐμελήσαμεν πεῖσαι, ὥσπερ ἐκπέπληξαι σὺ &c. Si enim, quod tu *ita* expavisti, nobis curæ esset *Camarinensibus quicquam* persuadere &c.] i. e. Si sollicitus essem, ut Camarinensibus arma deponere, pacem mecum inire, tuis consiliis non auscultare, vel ejusmodi quicquam suaderem; quod tu non sine timore suspicatus es, &c. Hunc è verbis obscurissimis sensum eruimus; si pro πεῖσαι legas δεῖσαι facilior erit explicatio, viz. si ego timidus forem, uti tu es.

Ibid. Τὸ μηκέτι ἐναρμόσαι σεαυτὸν τῷ παρ' ἡμῖν ἀπολέσθαι βασανιστηρίῳ.] Nimirum dignus es qui in tormento nostro nunquam penitus intereas, sed æternùm crucieris: ut ex sequentibus patet.

Ibid. Δεῖ γάρ σοι κολαζομένῳ τὴν κατὰ φύσιν ζωῆς, εἰ οἷόν τε, μακροτέρου βίου.] i. e. Vellem vitam tuam in tormentis producere ultra constitutum tibi à naturâ vivendi terminum.

Epist. 84. Τοῖς παρ' ὑμῖν θεοῖς.] Celeberrimum apud Messanenses sacrarium memorat *Cic. in Ver.* 4. huc fortè dona sua miserat Phalaris.

Ibid. Σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν αὐτὰ κέρδος ἡγήσασθε, προσωμολογήκατε μηδὲν εἶναι μυσαρὸν τῶν ἀπεσταλμένων.] i. e. Eo quòd dona hæc (quæ Diis, utpote polluta, indigna censuistis) vos ipsi acceperitis, non polluta esse confitemini; si essent enim, oportuerat vos non accepisse. Eodem fere argumento utitur Ep. 140. οὐ γὰρ δήπου &c.

Epist. 85. Ζαγκλαίους.] Zancle jam dicta erat Messana à Messeniis

Messeniis Græcis qui huc migrarant circa Olymp. 39. non diu ante Phalaridis tempora; fortasse igitur vetus nomen nondum penitus interierat.

Epist. 87. Πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστι &c.] Iambos hosce nusquam legi.

Epist. 88. Ὥσπερ καὶ πρότερον ὑμῖν ἐπέστειλα.] Nempe in Ep. 108.

Ibid. Περὶ δὲ Στησιχόρου βουλευσόμεθα.] Stesichorum liberatum videbis Ep. 93. De Conone, Dropidâ & Stesichoro à Phalaride captis ita *Tzetzes in Chil.* v.

Κόνωνα Φάλαρις ἀπέσφαξεν εὐθέως,
Τὸν δὲ Δρωπίδαν ἔπεμψεν ἐντίμως τῇ πατρίδι,
Στησίχορον δὲ ὁμόψυχον εἶχεν αὐτῷ, καὶ φίλον.

Ibid. Καὶ οὐδὲ γονεῖς αὐτῷ, οὐδὲ συγγενεῖς τῇ πόλει ὄντας.] Hanc inter alias affert rationem cur Cononem interfecerit, ut neminem præter ipsum peccantem contristare velle videatur.

Epist. 91. Ἔτι δὲ τὰς τύχας ἀβεβαίους, εἰπεῖν μᾶλλον ἱκανώτερος πεφυκὼς ἢ ἀκοῦσαι.] Melius omisso commate ita reddas; Nec non fortunæ inconstantiam narrare potiùs, quàm ab aliis narratam audire idoneus.

Epist. 92. Οὐδ' ἂν εἰ θεός σέ τις καθ' ὑμᾶς τοὺς ποιητὰς διασώσῃ.] Id quod fugæ suæ prætexuit *Horatius Od.* 7. *lib.* 2.

Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aëre.

Alludit fortasse Phalaris ad eos quos *Homerus* Deorum ope nebulâ obductos fingit. *Iliad.* 3. 382. *Odyss.* 7. 14.

Epist. 94. Ἀφελόμενος ἡμᾶς ἐλάσσω ἀρχὴν, τὴν μείζω δέδωκας.] i. e. Eo quòd Himerensibus persuaseris ne meis imperiis exercitum ultra permittant, mihi majoris imperii in illos obtinendi copiam fecisti: possum enim illos, hoc usus prætextu, eodem modo ac Agrigentinos Tyrrannidi meæ subjicere. hoc enim illis minatur Phal. Ep. 121. Scribit vero *Aristotel. in Rhetor. lib.* 2. *cap.* 21. Stesichorum in Phalarin, qui tum Himerensium copiis præfuit, hanc fabulam contexuisse: quam ita reddit *Horatius Epist. lib.* 1. 10.

Cervus equum pugnâ melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frænum depulit ore.

Ibid.

Ibid. Εὖ μὲν τοι ἴσθι &c.] *Quasi dicat*, Tu certè hoc non ignoras, qui apud me Agrigenti captivus eras, & Cononem vidisti in tormentis meis pereuntem. Colligi enim potest ex Epist. superiori Stesichorum, postquam à Phalaride dimissus erat, nova in illum consilia esse molitum.

Epist. 96. Εἴσω ἀπέβη τὸ δόξαν.] Nimirum ut Leontini tuis consiliis acti bellum contra me suscipiant.

Epist. 97. Τραγῳδίας.] *Plato in Min. Dialog.* contendit Tragœdiæ originem non à Thespide sed multò altiùs esse repetendam, adeoque ut videtur, longè ultra Phalaridis ætatem.

Epist. 101. Οὐκέτι αὖθις ἐπιβεβλάστηκαν.] Neque enim ulteriùs vivunt.

Epist. 103. Πενθεῖτε δὲ μηδαμῶς &c.] Id ex patre didicisse potuerant, cujus hoc extat fragmentum apud *Stob.*

Ἀτελέστατα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν.

Ibid. Μηδὲ ὑφαιρεῖσθε τὴν δόξαν.] i. e. Ne lugete eum tanquam morte extinctum, qui in ore omnium semper vivit.

Ibid. Εἴγε θείας τύχης, ὥσπερ τὰ λοιπὰ τῆς φύσεως στοιχεῖα, καὶ τὸ κατὰ τῆς Αἴτνης πῦρ μεμοίραται.] Animam mundi intelligit per universa elementa diffusam, secundum Pythagoricos.

Ibid. Τὸν πάντων ἐπόπτην ἥλιον.] Solem præcipuè nominat, vel quia (ut ait *Homerus*) πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, vel quia caloris author sit, adeoque illum meritò expectent vindicem, qui ignem innocentium sanguine polluerunt.

Epist. 105. Τῷ σῷ πατρί.] Verisimile est Nicæneti patrem fuisse Ariphraden, quem de unici filii insolentiâ & temeritate humanissimè admonet Ep. 26.

Epist. 106. Ἐπὶ τοῖς προτέροις ἄλλοις κακοῖς.] Desunt hæc verba in Codicibus Impressis: ea inserui ex utroque MSS *Bodl.*

Epist. 110. Ἐπὶ τῷ λόγῳ βλαβέντες &c.] Videbis in Ep. 77. quo contemptu Phalaridis consilium Clisthenes excepit.

Epist. 119. Αἰτησαμένους.] Ita censeo legendum; omnes Codices habent αἰπασαμένους, procul dubio corruptè.

Epist. 121. Τοῦ δὲ μὴ ἐξεῖναι δίκαιόν τι πράσσειν.] Impeditis justitiam meam, eò quòd illos ad me non mittatis, de quibus justa sumam supplicia.

Epist. 122. Οὔτε ἠκούσαμεν γόων &c.] i. e. Vociferatio, quæ ad aures meas pervenit, non hominis gemitus, sed tauri mugitus videbatur.

Ibid. Πάσης ἀμιιδῆς [illegible] ἐτιμωρήσατο.] In MS. *Cant.* hæc sequuntur immutatâ paulum punctatione: τοιοῦτον οὖν τοῦτ' ἐὰν Φάλαρις, εἰς τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν καρτερησάντων ὑφ' ἑαυτοῦ παθῶν, ἐργάσηται (κἂν πολλῆς πρότερον ἀπολογίας τύραννος ὤν) καὶ μίσους ἄξιός ἐστιν; ὁ μηδὲν μαθὼν ἀνήκεστον, ὦ φίλτατοι, μηδὲν ἢ μελλῆσαι [μελλήσας] ἔκτοπος καὶ πικρὸς, ἔχθους ἄξιος; οὐχ· ὅτι περὶ τὸ παθεῖν ἀντιμιμούμενος. τοιοῦτον εὑρὼν Περίλαον &c. Verba obscura sunt & mutila: à Græculo quodam, qui sententiam superiorem τίς γὰρ ὑμῶν ὦ Ἀθηναῖοι &c. non satis plenam putavit, adjecta videntur; quibus hoc fortè intelligi voluit. Si igitur Phalaris, cum vita à quibusdam, qui sub ipsius potestate vivunt, insidiis petatur, idem faciat (etsi multâ interim, cum Tyrannus sit, excusatione *indigeat*) estne odio dignus? qui nihil inhumanum, Viri optimi, nihil *cuiquam* grave aut acerbum meditatur, odione dignus? Minimè vero; cum de aliis pœnas sumit, ne ipse patiatur. Post ἐτιμωρησάμην, adduntur hæc in eodem MS. καὶ τὸν χαλεπόν ἕνα καὶ παντὸς ἐπιτήδειον ὀλέθρου παρ' οἰκείας τύχης [τέχνης] ἔμαθον. i. e. & illum esse acerbum quendam & omni supplicio dignum ex *hoc* ejus artificio intellexi.

Ibid. Τοιοῦτον εὑρὼν Περίλαον, talem expertus Perilaum.] Nempe insidias struentem; non mihi quidem, sed humano generi.

Ibid. Οὔτε ἐγὼ ἰδιωτεύων, Περίλαος ἂν ἦν, οὔτε ἐκεῖνος μοναρχῶν, Φάλαρις.] i. e. Ego, si privatus essem, tale tormentum in humanum genus non excogitassem; neque, si monarcha esset Perilaus, justam adeo de ejusmodi artifice pœnam sumpsisset.

Ibid. Εἰ δέ τις ἐστιν, ᾧ ὁ μόρος οὐκ ἤρεσεν, ἰδέτω ὡς οὐδὲ Περιλάῳ ἀρεστὰ ἐπράξαμεν.] Nimirum injustis & Perilai similibus justa non placet sententia. Legitur in omnibus Codicibus ἄριστα, pro quo legendum est ἀρεστὰ, ut rectè conjecerat *Naogeorgus*.

Epist. 123. Πρὸς εἰδότας.] Quorum siquidem alii cum matre tuâ, alii cum uxore familiariùs versati fuerint; adeoque licet harum utraq; tacuerit, illi te spurium, hi currucam norunt.

Epist. 130. Ἀλλ' εἰ μηδὲ σὺ σαυτὸν πρός με εὐεργετεῖν βεβουλημένον ἂν ἐπιεικέστερος ὀφθείης.] Ita emendavi ex Ep. 60. ubi idem ferè occurrit; cùm antea mendosè legeretur, ἀλλὰ μηδὲ σὺ σαυτὸν πρός με εὐεργετεῖν βεβουλημένον ἀνεπιεικέστερος ὀφθήσῃ.

Epist. 131. Θεανώ.] Philodemi filia, ut patet ex Ep. 131.

Epist. 132. Ἐμαρτύρατο ἡμᾶς ὡς κατὰ σοῦ τὴν ὀργὴν πικρὰν ἔχοντας.] i. e. Ad me confugit quasi ego apud te magis valere possem,

poſſem, ut redeas: uti paulò infrà ſequitur, κἀκείνη μὲν &c.

Ibid. Ἐπιβοησαμένη τὸν ἑαυτῆς πατέρα &c.] Quodnam auxilium à patre imploret Teleſippe à marito deſerta, obſcurè innuit: nec nobis manifeſtum eſſe poteſt, quod illi, ad quem ſcribit, conjiciendum relinquit.

Ibid. Οὐκ οὕτως οἴομαί σε Φάλαριν φοβεῖσθαι, ὡς Τελεσίππην φοβεῖσθαι.] Redundat φοβεῖσθαι· quid ſi legas? οὐκ οὕτως οἴομαί σε Φάλαριν φοβεῖσθαι, ὡς Τελεσίππην φιλεῖσθαι.

Epiſt. 133. Ὀκνηρότέρους ἡμᾶς γενέσθαι οὐκ εὐπορεῖν, ἀλλ' εὖ πάσχειν.] Minatur ſe à Polymneſtore beneficia non ultrà accepturum: ignobilem animum non tangunt hujuſmodi minæ; generoſum, qualique erat ipſe Phalaris, multùm commovent.

Epiſt. 136. Τοὺς περὶ Κλεόμβροτον.] *Reddas*, Cleombrotum cum ſociis. Patet enim ex αὐτοῖς plures fuiſſe cum illo conjuratos.

Ibid. Χαλεπὸν μὲν, εἰ καὶ πάνυ συνέφερεν αὐτοῖς πολεμεῖν Ἀκραγαντίνοις, τὸ πεισθέντας ἅψασθαι τοῦ ἔργου.] Ita peſſimus es orator, ut tibi ne utilia quidem ſuadenti obſequantur.

Ibid. Ὁ δημηγόρος οὐδὲ μικρὰ ῥοπὴ τῆς τούτου ταλαιπωρίας.] i. e. Etſi bellum per ſe ſatis grave ſit, tamen propter te illius ſuaſorem videtur illis adhuc gravius.

Epiſt. 137. Εἰ καὶ ταύτης ἐστὲ τῆς γνώμης, quòd ſi hoc animo *non* ſitis.] Videbatur mihi deeſſe particula οὐκ. Sed fortaſſè rectiùs ita ſe habet ſententia, Etiamſi ſitis animi adeo ingrati, tamen ſi vos inopes cognoverim, mea vobis non deerit liberalitas.

Ibid. Τὰ δήμου κλέψαντες.] Qualem deſcribit Periandrum Ep. 81.

Epiſt. 138. Ὀλίγους γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀγωνισαμένους, paucis qui pugnavimus.] i. e. Non conductis militibus qui ſeriùs venerunt.

Epiſt. 139. Οἱ νῦν ἄνθρωποι.] De famâ enim apud poſteros ſum ſollicitus.

Epiſt. 140. Τινὲς ὁσιώτατα, ἀλλὰ καὶ πάντων εὐσεβέστατα κατέχον.] Meſſenii *ſcil.* de quibus queritur Ep. 84.

Epiſt. 142. Ὑπὲρ θυγατρὸς γάμον.] i. e. Ut agerem de filiæ nuptiis; nondum enim nupta erat.

Ibid. Τοῖς ἐν ποσίν.] Quæ ante pedes ſunt. *Terent.*

Ibid. Τούτου με δοῦναι χάριν.] Omnes Codd. legunt μὴ δοῦναι, ſed neſcio quo ſenſu intelligi poſſit.

Epiſt. 143. Ἀντὶ Φιλοδήμου παραμυθίαν ἡγῇ παῖδα ἔχειν, Philodemi loco è filiâ aliquid ſolatium ſperas.] i. e. E filiâ apud te detentâ; cujus conſortio conjugis vice frui optas.

Ibid. Εἴργεται τοσέτοις, ὅσοις πατέρα εἰκὸς εἴργεσθαι.] i. e. Iis rebus impeditur, quæ illum ſatis excuſatum habent, quòd nuptiis non interſit.

Ibid. Μηδὲν δ' ἧσσον ἡ πρὸς αὐτὸν φιλοφρεσσύνη, tum maximè *mea* in illum benevolentia.] Vel fortè *tua* benevolentia; *mea*, quaſi poteſtatem habeam illum ſalvum præſtandi: *tua*, quaſi Dii tam piis pro illius reditu votis non poſſent non annuere.

Epiſt. 144. Τὴν σοφίαν.] i. e. Poëſin. A Poëtis enim tradita erat omnis veterum ſapientia. Unde ait *Horat. de Art. Poët.*

——— *fuit hæc ſapientia quondam.*

Ibid. Οὐδὲ εἰς δεύτερεῖον γυναικὶ μεθ' ἑαυτὴν ἐῶσης τόπον.] i. e. Quæ ſecundas habet, longe ab illâ quæ prima eſt, diſtat; eodem fere ſenſu quo dixit *Virgil.*

Proximus huic, longo ſed proximus intervallo.

Ibid. Λελήθαμεν ἑαυτοῖς ἐπιρρίπτοντες τὰ δάκρυα.] i. e. Fallimus nos ipſos pietatis ſpecie; revera enim nobis dolori eſt non amici defuncti mors, ſed noſtræ mortalitatis recordatio.

Ibid. Οὐδέ ἐστιν, ὅν τινα τῶν γινομένων ἕτερον ὑποδέξεται χρῆμα τυραννικώτερον.] i. e. Omnes pari modo morti debemur, nec quiſquam eſt, qui queri poſſit de durâ præ aliis ſorte.

Epiſt. 145. Τὸ ἀργύειον τὸ παρ' ἡμῶν, ὃ μὴ σὺ κομίζειν ἐβελήθης.] Ita rectè uterque MSS *Bodl.* Impreſſi legunt, τὸ ἀργύειον τὸ παρ' ὑμῶν ὃ μὴ σοὶ κομίζειν ἐβελήθην.

Epiſt. 147. Α͗ παρεξήτακας &c.] Neſcio an in verſione Authoris ſenſum aſſecutus ſim: Græca obſcura ſunt & mendoſa paſſim in hâc & 145 Epiſt. quibus nullum habeo è MSS ſubſidium.

Ibid. Εἰς τύραννον ὡρμήσαμεν καὶ εἰς ἑταιρείαν ἐμείναμεν, Tyrannum quidem egimus, & pariter in *Himerenſium* amicitiâ perſtitimus.] i. e. Nollem meam cum Himerenſibus amicitiam violari, etſi quoſdam eorum cives mihi inſidiantes ſupplicîis affecerim. Poteſt etiam ita reddi, Quicquid in me Tyranni erat vici, & in tuâ, *Steſichore*, amicitiâ perſtiti.

Ibid. Δικαιοτάτῳ τῷ ὁμωνύμης νόμῳ.] Inſidiatori enim (ut ait *Cicero in Milon.*) quæ poteſt afferri injuſta nex? eſt autem hæc non ſcripta, ſed nata lex &c.

Epiſt. 148. Ὑαλαῖοι.] Nullum hujus nominis in Siciliâ populum inveni: legendum puto Ὑβλαῖοι, quos in agro Gelloo ſitos memorat *Thucyd. l. 6.* Erant verò plures Hyblæ in Siciliâ:

INDEX

INDEX

RERUM MEMORABILIUM.

P.

R.

S.

ORDO EPISTOLARUM
ALPHABETICUS.

FINIS.

ERRATA.

PAG. 8. lin. 9. ἢ lege ἡ. pag. 11. lin. 8. μητὴρ leg. μήτηρ. pag. 13. lin. 2. τ̃ leg. τὴν. pag. 18. *Zenopithi* leg. *Xenopithi*. pag. 21. lin. 7. ὀνείδιζες leg. ὠνείδιζες. pag. 22. lin. 17. πεπαύσωμαι leg. πεπαύσομαι. Ib. *audientiùs*, leg. *audentiùs*. pag. 24. lin. 14. εἱμαρμθόλην; leg. εἱ-μαρμθόλην, pag. 31. col. 2. *brevi* leg. *breviter*. pag. 38. lin. 14. ἠροῦ leg. ἠρνοῦ. pag. 44. lin. 9, 10. πραμματείας leg. πραγματείας. pag. 59. *Eche-chratide* leg. *Echecratide*. pag. 65. lin. 15. σωτήελας leg. σωτηελας. pag. 100. lin. 15. αὐτάρχη leg. αὐτάρκη. pag. 125. lin. 12. καλέσαι μὲ leg. κα-λέσαιμὲ.